







Petri Sutoris THEOLOGI, Cartusiani, de potestate ecclesiæ in occultis.





PARISIIS,
Apud Mauricium de Porta.
1546

REVERENDO IN CHRISTO patri & domino domino Ludouico Guillardo Carnotẽsi episcopo dignissimo Petrus Sutor exiguus Theologus & cartusianus. S.

INter graues curas quib⁹ obnoxius est prælatorum status reuerende optimeq; antistes, ea sane putatur nõ exigua quæ in explorandis subiectorum occultis versatur, & quemadmodum in ipsis se prudenter habere censuramq; iustam agere debeat sollicita est. Non enim occultis in negociis ita prorsus agendum est vt in manifestis, sed latum est inter ea discrimen & quidem tantum, vt plerique multam in his peritiam habentes decenter ea tractare possint, in illis vero prorsus cæcutiant, vel certe parum videant. Quæ res contingere putatur non solum ex ipso argumento, quod ex se non parum latebrosum est, sed etiam quod non sit ita diligenter excussum vt alta rei flagitat difficultas. Pauca enim ab authoribus in re huiusmodi tradita sunt. Et nihilominus in ipsa tantæ reperiuntur opinionum ambages vt vix exitus aliquis ab huiusmodi labirynto inueniri queat. Quod animaduertens & velut in capite multarum viarum existens volui calamum (quem ad scribendum in hoc aptaueram) prima fronte cohibere. Sed quia non infrequenter occultorũ negociũ mihi se

ingerit, vtpote qui alienos actus vel occultos explorare habeam, non potui tandem nec debui in re tam necessaria impetum temperare. Literis igitur ea commisi quæ in excutiendo huiusmodi negocio mihi occurrerũt. At quoniam nonnullis in locis meo iudicio non satis fidebam, impulsus sum ea quæ scripseram ad theologos Parisienses egregios quidem censores mittere, vt habita eorum censura nihil deinceps hæsitarem. Quum autem opus ipsũ sub eorum iudicio foret auspicato, cõtigit vt dominus præses Guillardus pater tuus vir sane & sapiẽtissimus & optimus, qui tum in hac patria Cœnomanica se continebat, ad nos videndos accesserit, & maioris honoris impendendi gratia te multa comitiua preditum adduxerit. Pro eximio em̃ amore quo me, quannis exiguum & immeritum, semper est prosequutus, voluit prius visere quam Parisios rediret. Inter colloquendum autem dum forte quispiam dixisset me librum de potestate ecclesiæ in occultis paulo ante absoluisse, Luteciamq; misisse vt ibi theologorum limam experiretur: Ipse miro desiderio succensus vehementer flagitasti vt librum ipsum tibi mitterem postquam ad manus meas reuersus esset. Quod tuis precibus tuaq; authoritate impulsus me facturum promisi. Tandem quum post aliquot menses librum ipsum visitatum, probatum, receptumq; tibi misissem, vt tuo

affectui obsequerer & meę ꝓmissioni respõderem, adeo tibi placuit, sicuti tuæ ad nos literæ testantur, vt ipsum non solum perutilem, sed etiam necessariũ iudicaris. Theologi quidem ipsi antea valde vtilem, theologum theologicisq; disceptationibus optime conueniẽtem, & impressione dignum cẽsuerant. At tu ipse necessarium etiam iudicasti. Quæ res nimirũ effecit vt liber ipse mihi magis placuerit, quanuis humili, quotidianoq; stylo confectus. Quod quidem accidit quod mihi tãtum scribere principio decreuissem, vt scilicet in promptu haberem quod in occultis me dirigere posset. Non enim mens erat in lucẽ scripta prodere, eamobrem stylum non satis curaui. Et alta quoq; negocij difficultas i causa fuit vt poti⁹ sensib⁹ quã verbis intẽt⁹ fuerim. Attamen quum animaduertam librum ipsum & tibi non vulgariter erudito, & sapientissimis quoq; viris ita gratum esse vt etiam impressione dignus videatur, nec velim nec ausim tantis viris, tantisq; iudiciis reluctari, nec vtilitatem quam spero futuram reipublicæ inuidere. Prodeat igit̃ sub tuis auspiciis securus in lucem, & si quos Luteranos, Erasmeos, Leguleios, Latinisatores, aut alios idgen⁹ sibi aduersantes forsan offẽderit, nõ ad suũ authorem, sed ad tuũ poti⁹ asylũ cõfugiat, qui etiã vt imprimat̃ diligẽti⁹ curas: deniq; suppetias etiã feret, si opus sit, dñs præses nostri aman-

tissimus, cuius vestigia cum palam imiteris, cum ipsum ad viuum referas, quum beniuolentiam erga nos paternam habere videaris, cum demum tuis ouibus exhibeas quæ pium pastorem decent, magna profecto lętitia afficior pientissimumq; dominum obnoxius oro vt hanc mentem, hos mores, hanc vitam perpetuum seruare, & occulta illa bona quæ nec oculus vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt post suprema fata tibi largiri dignetur. Bene Vale. E domo parci ordinis Cartusiani kalendis Iunij.

CAP. PRIMO præmittitur quid sit occultum & quotuplex. Deinde subiũgitur de diuersis modis ecclesiasticæ potestatis. Postremo declaratur quot modis intelligi potest ecclesiam posse ad occulta obligare.



Vm satis copiose de ecclesiæ potestate quo ad leges seu constitutiones humanas faciẽdas aduersus Lutheranos disceptatum à me fuisset, tandem venit in mentem speciatim agere de ipsius ecclesiæ authoritate quo ad actus interiores & occultos. Sed prima fronte pedem referre volui, dum sensi huiusmodi negocium esse difficultatis plenum, de quo & doctores pauca scripserunt, & nihilominus varias dissidentesque opiniones habuere: quamobrem principio visum est potius reticere quam aliquid temere scriptitare. At diuino fretus auxilio negocium difficultatis plenum tandem aggressus sum. Faxit deus vt de occultis & aperte & aptè dicamus quæ veritati consentanea sunt. Dicturus igitur quid authoritatis ecclesia cum suis prælatis habeat in actibus interioribus & occultis, quædam prælibanda censui quo res tractetur commodius. Imprimis quid sibi velit & quotuplex sit occultum. At imprimis afferendum videtur, quid de occulto nonnulli senserunt quidam enim iurisperiti de occulto agentes dicunt breuiter oc-

cultum bifariam capi posse, scilicet proprie vt distinguitur contra probabile,& late vt distinguitur contra notorium.Sed tanta breuitas nec admodum vtilis nec sufficiens est. Ea propter multò latius res à nobis tractanda videtur: dicam⁹ igitur occultum imprimis esse distinguendum quòd sit multiplex, siue multiphariam capi queat. Quatuor enim modis capi potest. Primo quidem latissime pro eo quod notorium non est, sed probari potest, Secundo minus late pro eo quod sufficienter probari nequit, sed tamen semiplenè probari vel aliis indiciis cognosci potest. Tertio proprie pro eo quod nec plene nec semiplene probari potest, sed tamen alicui alteri quam suo authori notum est, qui nihilominus testimonium legitimum ferre non valet. Quarto propriissime pro eo quod penitus latet sic ꝙ nulli mortalium pręter quā suo authori cognitū est. Et ex his quidē quatuor acceptionib⁹ quatuor eliciuntur genera occultorū quæ sub occulto latissime sumpto continētur scilicet penitus occultum, proprie occultū, partim occultū, & improprie siue pene occultum, de quibus seriatim agere constituim⁹ ab occulto propriissime dicto quod & penitus occultū & occultissimū dicitur auspicantes. Igitur penitus occultū est quod omnino latet quātū ad opus & authorē ipsius operis non quod lateat deū cūcta etiā interiora intuētem, sed qđ

nulli mortalium preterquã suo authori notũ existat. Itaq; non potest à quoquã sciri naturaliter nisi per reuelationẽ eius qui opus ipsum fecit. Hoc autem occultũ duplex est, scilice cordis & operis exterioris. Occultũ cordis idẽ sibi vult quod actus interior siue mentalis nulli manifestatus. Eãobrem de vtroque idem sentiendũ est. Actus autem interior est actus elicitus seu productus à viribus animæ interioribus, quæ sunt intellectus & affectus. Itaq; proprij act⁹ intellectus vt credere, cogitare, itelligere, Itidẽ actus volũtatis vt velle, nolle amare, odisse sunt act⁹ interiores. Occultũ aũt operis exterioris est op⁹ exteri⁹ quod penitus latet ad sensũ pauloante declaratum. Et quãtũ in præsentia satis est occultũ hmõi quod vitiosũ est diuiditur in occultũ ꝓximo siue reipublicæ nociuum, & in occultũ quod suo auctori tm̃ officit. Põt em̃ furtũ ita latenter quandoq; effici, vt nec fur ipse nec furtũ cuiquã pateat. Hoc pacto distinguitur occultũ cõtra probabile simpliciter & secũdũ quid id est qđ nec plene nec semiplene ꝓbari quouis modo põt, nec aliqua eius indicia sunt. Et hęc quidẽ est ꝓpriissima occulti significãtia.
2 Proprie occultũ est quod alicui alteri quam suo auctori notũ est quo ad opus ipsũ & auctorẽ operis simul, sed tamẽ nec ꝓbabile, nec semiprobabile, nec famosũ est, nec op⁹ quoq; ipsũ euidens seu notoriũ existit. Esto igit is

qui hmõi occultũ nouit, possit aliquã credulitatẽ siue suspicionẽ aliis facere si ipsum reuelet, non tamen semiprobationẽ facere põt, nec præsumptionem siue suspicionẽ vehemẽtẽ. Si eñ talis esset persona quę testimonium legitimũ ferre & gradũ ꝓbationis aut vehemẽtẽ præsũptionẽ facere posset, tunc nõ esset ꝓprie occultũ, sed ad aliud genus occultorũ ꝑtineret. Itaq; ꝓprie occultum per nulla sufficientia indicia manifestatũ est, nec manifestari valet, quia scilicet nec plene nec semiplene ꝓbari potest qm̃ nullus testis legitim⁹ adest nec vlla infamia vel suspicio vehemens ac sufficiens de auctore operis habetur, nec ipsum quoq; opus palã euidens est. Quod eñ ita occultum est ꝓprie siue pure occultum dicitur, cui⁹ & variæ sunt species. Nã quoddam est occultum confessiõis quod scilicet tm̃ scitur ꝑ cõfessionẽ sacramẽtalẽ, quã noui hæretici auricularẽ appellãt vocabulo pleno inuidię, & in cõtẽptum tãti sacramẽti excogitato. Aliud est occultum quod extra cõfessionẽ ꝑ modum secreti liciti cognoscitur præsertim ab eo qui semiplenam probationẽ facere nõ põt. Aliud est occultum quod scitur ꝑ participationẽ in opẽ, vt est fornicatio secreta vel symonia clanculum admissa. Aliud est occultum qđ alias scitũr ꝑ inspectionẽ auctoris & opis semotis tñ arbitris & ab vno tm̃ scit̃ cuius testimonium satis legitimum nõ est, puta

si opus ipsum in eius iniuriam admissum sit, videlicet quia verberibus non apparentibus est affectus, vel suis rebus clam spoliatus, & ita de aliis in quibus legitima testificatio seu probatio plena vel semiplena fieri nõ potest, puta quia is qui nouit est suspectus vel inimicus aut persona leuis seu vilis quæ nec semiplenam probationem nec credulitatẽ siue suspitionem vehementem facere põt. Partim occultum est quod secretum est quo ad aliquid & quò ad aliquid manifestum est saltẽ aliquo modo. Et hoc pacto distinguitur occultũ contra plene probabile, & quatuor modos cõplectitur. Vnus est dum habetur aliqualis ꝓbatio quæ tamen nec plena nec ita sufficiẽs est vt negocij qualitas exigit puta quia vnus tñ est qui testificari quidẽ põt sed plenã probationẽ facere nõ valet. Alter est quando præsũptio siue suspicio vehemẽs habet. Aliꝰ est dũ aliquid ꝑ famã seu clamorosam insinuationẽ scitur, sed tñ quo ad rei veritatẽ opus ipsum non patet. Quartus est quũ opꝰ siue factũ ipsũ patet sed auctor ignorat, vt cũ occisi hominis corpus in via reperitur, sed homicida nescit, vel quũ libellꝰ famosus in publicũ suppresso noĩe auctoris proiicitur. Vel quũ incendium domus clanculum siue secrete cõmissum cunctis intuentibus patet. Improprie occultũ est q̃d plene siue sufficiẽter ꝓbari iuridica ꝓbatiõe põt quo ad factũ & auctorẽ, sed proprie

notorium non est. Et alio modo vocatur pœne ocultum quẽadmodũ patet. c. vr̃a de coha bitatione clericorũ & mulierũ vbi occultum vocatur quod ab ecclesia tolerat̃ licet plures sciãt. Hoc etiã pacto videtur capere Hostien sis dicẽs. Pene occultũ est quod scitur ab aliquib', puta duobus vel tribus. Itidem hoc mo do fere capit abbas dicens, pene occultũ est id qđ ꝓbari põt sed cũ difficultate. Et hoc q̃-dẽ modo distinguit̃ à notorio. Nã notoriũ illud dicitur qđ ꝑ legitimã ꝓbationẽ vel ꝑ cõfessionẽ in publico iudicio factã vel sẽtẽtiã iudicis, vel etiã ꝑ opis euidentiam ita est manifestũ vt nulla dissimulatione celari, nullaq; tergiuersatiõe negari queat. Quod igitur legitime ꝓbari põt, sed nullo prædictorũ modorũ notorium est, improprie occultũ vocatur. Et hoc modo distinguitur cõtra propriè notorium vt dictum est, & in duos, modos ge neratim diuiditur. Vnus est dũ author & op' ci' ꝓbari possunt, sed intẽtio latet de qua peculiariter iudicare non licet in malam certe partem interpretando. Et hoc vsu venit in actib' ex suo genere bonis vel ex se indifferentibus qui nõnũquã à corrupta intentione ꝓficiscuntur, vt celebrare missam, vel eleemosynam dare ob inanẽ gloriã, seruire alicui pontifici nõ alia rõne quã vt cõsequaris sacerdotium, dare pecuniã mutuo vt vsuras accipias vltra sortẽ, exire claustrũ aĩo nocẽdi mona-

ſterio vel prelato,& ita de aliis id gen⁹. Ali⁹ modus improprie occulti eſt quū probatio legitime de authore & opere fieri põt,ſed nõdū facta eſt, & cū hoc de opere licet iudicare. Quod quidē cõtingit in his quę per ſe mala ſunt nec bona intentione fieri poſſũt vt homicidiũ,adulteriũ,furtũ,&alia hmõi. Deinde ſupponēdũ eſt duplicē in genere poteſtatem eccleſiaſticam inueniri: quædam eſt reſpectu corporis Chriſti veri,altera reſpectu corporis myſtici quod eſt eccleſia cũ ſuis mēbris. Prima poteſtas eſt miniſterialis ptās cõficiendi corporis & ſanguinis domini,quæ & vocatur ordinis,eo quod ī ordine ſiue ordinatiõe cõferatur. Et realiter hmõi ptās character eſt ſacerdotalis qui ſemel impreſſus deleri pro cõi lege non valet. Ptās vero eccleſiæ ſupra corpus Chriſti myſticũ eſt ptās ſpũalis diuinit⁹ à Chriſto tradita ad exercēdũ aliquã operationē in eccleſia militãte aut mēbris eius ſecundũ leges diuinas,& hæc quidē ptās prima fronte ſecernitur in poteſtatē fori interioris,& ptātē foris exterioris. Ptās fori interioris eſt ptās quę exercetur ī foro pœnitētiali qui interior dicitur ꝙ ſecretiſſimus ſit, & in eo quoq; non ſolũ exteriora,ſed etiã interiora prodi debeãt. Et hæc duplex eſt.ſ. ptās ſententiã ꝓferēdi in cauſa ſecreti pc̄tõris,& ptās ī eadē cauſa cognoſcēdi ſiue diſcernēdi,quæ ad priorē ordinatur vt recte opetur, ſine eñ

causæ cognitiõe iusta sentẽtia ferri non põt. Vtramq; aũt potestatẽ vocant ordinis siue officij sacerdotalis potestatem, quia vi ordinationis & tribuatur & suscipiatur, & innitatur etiam charaćteri sacerdotali, quẽ necessario præsupponit. Vtraq; etiam potestas clauis ꝑ similitudinem nuncupatur, ꝙ sit velut instrumentum ad aperiendum ianuam paradisi institutum. Sed prima dicitur clauis potestatis. Altera clauis scientiæ, quum tamen vtraque clauis ordinis vocitetur vt dictum est. Harũ quidem prima præcipua est, quæ & potestas ligandi atq; soluendi, ideo vocatur, quod virtute eius sacerdos ligetˈ peccatorem dum decernit eum esse ligatum quando eum vitæ in vitiis anteactæ nõ pœnitet vt decet, vel quãdo eum vera pœnitentia ductum ad pœnam aliquam satisfactoriam obligat, Absoluit vero dum culpam ministerialiter remittit saltẽ quantum ad ecclesiam pertinet, & peccatorẽ ipsũm solutum suo iudicio decernit. Absoluit inquam dum partem pœnæ tẽporalis virtute huiusmodi potestatis relaxat. Denique hęc potestas etiam potestas iurisdictiõis appellatur, ꝙ per eam ius dicatur. i. iudicetur in secreto pœnitentiæ foro. Sed silẽtio prætereundum non est eam esse potestatem remotam: quoniam nõ semper exire potest in actũ licitum & ratum. Etenim, pro communi sentẽtia doctorum, vt recte quis ea vti possit du-

plex poteſtas exigitur, videlicet poteſtas exe cutionis, quæ interdum non confertur in ordinatione propter impedimentum conferentis vel ſuſcipientis, & poteſtas iuriſdictionis propinqua, quæ requirit materiam dupliciter ſubiectam in qua decenter operari poſſit. Hæc autem tribuitur quum prælatio vel cõmiſſio alicui cõfertur. Sed de his iã ſatis. Ad exteriorẽ poteſtatẽ diuertam⁹, quæ.ſ. exercetur extra ſecretũ pœnitentiæ forum & certe multiplex eſt. Quædã eñ eſt ptãs miniſtrãdi ſacramẽta ex officio vt baptiſmũ, cõfirmatio nem ordinẽ & cætera tã ſacramenta quàm ſa cramentalia quæ palam miniſtrari queunt. Alia ptãs prædicandi ex officio. Alia eſt poteſtas inſtituendi miniſtros eccleſiæ & ſacer dotia eis diſtribuendi. Alia eſt poteſtas faciendi præcepta vel ſtatuta ſiue cõſtitutiones. Alia quoque eſt poteſtas accipiẽdi, & ſi opus eſt, exigẽdi à ſubditis temporalia pro vitę ſu ſtentatione, Deniq; alia eſt ptãs iuriſdictiõis quæ in alterũ etiam inuitum exerceri poteſt. Et eſt facultas propinqua dicendi ius in alterum etiam repugnantem. Eſt enim poteſtas huiuſmodi coerciua ad quam quidẽ ſi latè ſu matur multæ pertinent ptãtes videlicet pote ſtas cognoſcendi de cauſa in foro exteriori. Poteſtas iudicandi ſiue ſententiã ferẽdi. Ptãs præcipiendi vt ſententia lata mandetur exe-

cutioni. Potestas imponendæ pœnæ secundũ exigentiam negocii contra inobedientes siue relu&ctantes. Itidem potestas vitia corrigendi seu puniendi ex officio. Ptãs infligẽdi pœnas canonicas in eos qui merentur. Iam liquere omnib⁹ puto ex supradi&ctis quam multiplex sit ecclesiastica potestas, de qua tamen nõ est instituti præsentis vniuersim loqui quo ad omnes eius species, sed potissimum de potestate iurisdi&ctionis quæ in foro & interiori & exteriori exerceri põt respe&ctũ subditorũ. Hæc aũt quãuis multifariã cõsiderari possit (videlicet quo ad essentiã, quo ad primariam eius institutionem, quo ad collationem, quo ad subie&ctũ siue personã suscipientem, & quo ad vsum exercitiũ siue executionem) Impræsentiarum tamen cæteris prætermissis de ipsa respe&ctiue cõsiderabitur, quo ad vsum siue exercitiũ eius quod fit respe&ctu subditorum. Neq; tñ de omni eius vsu siue exercitio præcipuus sermo futurus est. Non enim de vsu illicito & irrito simul, nec de licito sed irrito, nec ediuerso de rato sed illicito agere certũ est, sed potissimũ de licito & rato simul: qui videlicet sine peccato fit & quicquã effe&ctus certe quo ad deum habet. Porro hac in re aduertendum est in exercenda potestate iurisdi&ctionis Ecclesiam cum suis prælatis diuersos modos obseruare. ¶ Interdum enim procedit per modum statuti siue cõstitutiõis

cum scilicet rebus futuris consulere cupit, Si quidē constitutio tantum respicit futura vt habetur extra de constitutionibus capitulo cognoscentes nec ad preterita facta trahitur nisi nominatim de preteritis caueatur.c.quoniā eodē titulo, nōnunq̄ vero sua authoritate vtitur alio modo q̄ statutum vel constitutionem faciēdo.puta quum precipit prohibet vel monet verbis aut etiam scriptis que per modum statuti non fiunt: Et hoc fit aliquādo ꝓ p̄teritis aliquando autem pro futuris, Cum vero p̄ceptis prohibitionibus vel monitionibus vtitur vel statuendo vel alias procedendo: hoc interdum efficit simpliciter sine vlla adiectione pœnæ/aliquādo vero pœnā addit & hoc quidem in genere bifariam facere solet, scilicet cōminando tātū, vel pœnā ipo facto vel ipso iure imponēdo vt cum ait. Si quis fecerit &c. pœnā excōicationis incurrat, Sed & quū pœnam imponit aliquoties p̄ticulariter & nominatim hoc facit: interdum vero generatim dumtaxat nullius nomine pticulariter expresso. Deniq; supponendū est quum agitur de ptāte ecclesie quo ad subditos potest duplex in gñe sensus haberi: vnus est de potestate soluēdi: alius est de ptāte ligandi siquidem duplex data est p̄latis ecclesie potestas respectu subditorum: scilicet soluendi atq; ligandi: at quia nō est tanta difficultas quo ad potestatē soluēdi sicut ligā-

di prȩsertim quo ad occulta de quibus tracta re mens est, eã propter potissimum nobis agere certũ est de ptãte ligãdi in foro interiori & exteriori: q̃quidẽ quo ad vsũ iurisdictiõis quadruplex est. Prima est ptãs ligãdi per p̃cepta vel cõstitutiões meras hoc est sine adiectione pœne factas. Altera ẽ potestas ligãdi spãliter quo ad reuelationẽ seu declarationẽ aliquorũ que admissa sunt vel cõmissa fuisse putantur. Tertia ẽ potestas ligãdi ad culpam vel pœnã in foro interiori siue penitẽtiali. Quarta ẽ potestas ligandi per cẽsuras aliaq; ligamina fori exterioris. secũdũ p̃fatos autẽ quatuor modos ptãtis ligandi potest quadruplex sẽsus eẽ quũ agitur an ligãdi potestas locũ habeat in occultis. Non enim hic intendo generatim tractare de potestate ecclesiȩ p̃sertim quo ad p̃cepta vel cõstitutiones siue leges faciẽdas q̃m de re hmõi satis diffuse cõtra lutherũ alio opere egimus, sed hic speciatim agere certum est de potestate ecclesiȩ quo ad ea que occulta sunt pergendo p singula genera occultorũ. Primus igitur sẽsus est an ecclesiastica potestas ad occu'ta sic se extendat, q̊ ecclesiȩ statuta siue p̃cepta ligãt fideles ad sui obseruantiam nonsolũ publice siue notorie sed etiã occulte: puta ad ieiunãdũ, ad diuinũ officiũ persoluendũ & ita de alijs. Secũdus sensus est an possit ecclesia p suũ p̃ceptum vel cõstitutionẽ obligare ad ea

reuelanda quę occulte facta sunt, & hoc trifariam intelligi potest scilicet vel in foro interiori seu penitentiali, vel in foro exteriori secreto siue priuato: vel palam in foro publico. Tertius sensus est an possit ecclesia siue p̃latus ĩ foro interiori ligare siue imponere pœnam aliquam pro peccatis occulte admissis. Quartus sensus est an possit ecclasia censuras aliaq; ligamina fori exterioris pro peccatis occultis inferre: Et hic sensus subdistinguendus est, quia intelligi potest vel de cẽsuris siue sententijs generatim latis, puta quum nominatim seu speciatim nullus exprimitur, vel de sententia speciali in qua scilicet aliquis nominaẽ. His iam præfatis ad excutiendum negocium accedẽdũ est: & ab occultis cordis quę & occultissima & penit⁹ occulta vocãtur auspicandum.

CAP. SECVNDO declaratur atque ꝓbatur ecclesiam ad occulta cordis seu actus ĩteriores improprie posse obligare, sz proprie, per se, immediate, & directe, minime posse.

DE OCCVLTIS igitur cordis quę & actus interiores. vocãtur primũ dicturi quibusdã ꝓpositionibus rem absoluendam cẽsemus. Harum prima sit huiusmodi. Potest ecclesia, possunt & prælati eius ad actus interiores siue cordis occulta (secundum primum sensum Paulo ante tactum)

improprie obligare, hoc est indirecte, mediate seu per accidens astringere possunt ad occulta cordis etiam in priuato elicienda. Probatio est in prõptu: quoniã potest ecclesia ad actus exteriores etiam priuatim faciẽdos astringere puta ad fidei protestationem exteriorem, ad officium diuinum dicẽdum et alia id genus. At hęc sine actibus interioribus decenter fieri nõ possunt igitur ligãdo ad opus exterius, ꝯsequẽter et indirecte ad opus interiꝰ astringit. Cõfirmatur sic, Qui præceptum ecclesię facit exterius: peccat si nullum opus habeat interius, et tamẽ secluso ecclesie præcepto non ita peccaret: qm̃ eo semoto nullum piaculũ admitteret quippe qui ad opus extrarium tunc non astringeretur vt supponitur. Igitur ex p̃cepto ecclesię quodammodo tenetur ad actum interiorem eliciẽdum. Secunda propositio Potest ecclesia secũdum alterum sensum ad occulta cordis improprie astringere hoc est ĩdirecte obligare ad ea reuelanda saltem in foro secreto: enimuero qui mortale peccatum exterius admisit tenetur ex præcepto ecclesię saltem semel in anno ꝓprio sacerdoti confiteri, At confitẽdo peccatum exterius consequenter cõfitetur & interius a quo profectum est, Hinc fit vt confitens peccatum operis non teneatur speciatim confiteri consensum cordis cui opus ipsum subordinatur: quandoquidem confitendo opus extrarium suffi-

cienter confitetur consensum sibi correspon-
dentem. Tertia propositio. Potest ecclesia secũ
dum tertium sensum pro interioribus actibus
siue occultis cordis in foro interiori ligare ad
culpam & pœnã, potest inquam ligare ad cul-
pam hoc est declarare eũ esse ligatum quo ad
deum qui de peccatis cordis commissis pœnite
re non vult: puta quum dicit odium siue ranco
rem deponere nolle, potest et ligare ad pœnã
qm̃ pro peccatis cordis in confessione detectis
quę displicent ipsi cõfessopœnam aliquã impo
nere potest: an vero teneat ipse cõfessus & pœ
nitens penam discrete & rationabiliter sibi im
positam acceptare, dicetur in sequẽtib9. Quar
ta ꝓpositio. Potest ecclesia secũdũ quartũ sen
sum ꝑ occultis cordis qñ exteriorib9 operibus
iunctasunt improprie siue per accidẽs pœnam
in foro exteriori infligere: etenim dum pœnã
aliquam (puta excõicationem) ꝑ actu exterio-
ri imponit, etiam actum interiorẽ cui exterior
subordinatur, quodãmodo pœna afficit, qm̃ si
nullus esset actus interior elicitus: ipsum opus
extrariũ nõ posset re vera excõicationis pœna
mulctari vtpote quod nullũ esset peccatũ, Ni-
hil aũt viriũ corã deo habet excõicatio vbi nul
lũ piaculũ admissum est, Quinta ꝓpositio nul-
lo modorũ p̃dictorũ potest eccl'ia ad actus pu-
re interiores siue mera cordis occulta proprie
obligare hoc est non potest eos proprie præci

pere siue ad eos eliciendos non potest p consti tutionem pure humanã ꝓprie astringere,nec vt reuelentur exterius ꝓprie imperare,nec de mum per se directe & immediate pro eis pœ= nam præsertim in foro exteriori infligere. Ni hil igitur authoritatis siue iurisdictionis ꝓprie absoluteq; loquẽdo habet ecclesiastica ptãs in occultis cordis qñ exterioribus iuncta nõ sunt. Et intellige ecclesiam non posse in his proprie quẽpiã obligare absq; eius ꝯsensu libero.Si eñi ꝯsensus eius accederet,secus esset dicẽdũ. Pro batur imprimis p̄fata propositio, Non est asse rendum potestatem aliquã hominibus collatã esse nisi sufficiẽter ꝓbari possit,At qui non p̄ot sufficienter ꝓbari potestatem iurisditionis ho= minibus datã proprie esse super actus pure in= teriores quãdoquidẽ ex nullo sane scripture lo co monstrari vel colligi p̄ot hmõi ptãtẽ eccle= siæ datam fuisse.Vel detur locus ille.Cõfirma tur.Ex nullo loco iuris humani p̄ot ꝯcludi vel ostendi potestatem iurisdictiõis(de qua nunc loquimur) ꝓprie esse collatam ecclesiæ super actus interiores imo ex multis ipsius iuris lo= cis liquet potestatem huiusmodi nõ esse homi= nibus ꝯcessã. Etenĩ pro dispositiõe iuris cano nici nõ iudicat ecclesia de occultis qm̃ secreto rum & cognitor deus & iudex est distinctione xxxij.c.erubescãt.Nõ etiã punit occulta pec= cata,quia non habent latẽtia peccata vindictã

32.q.c.christiana:&cogitatiõis pœnã nemo pa
titur. De pœnitẽtia distinctiõe prima c.cogita
tiõis, Nõ deniq; de ipsis occultis se intromittit
sed ea d?o derelinquit qui solus nouit corda fi
liorũ hominũ.2.q.quarta capitulo consuluisti.
Quũ igitur nõ possint ecclesiæ prelati occulta
huiusmodi nosse, nec de ipsis quoq; censuram
agere, nec eorum transgressores in foro exte-
riori punire consequẽs est eos nihil iurisdictio
nis in huiusmodi occultis ꝓprie habere, preser
tim quãtũ ad forum extrinsecum spectat. Por
ro lex vetus nõ cohibet animũ sed manũ tam
tum: hoc est nullã ꝓ peccatis cordis pœnã in
fligebat tẽporalẽ, & tñ perfectior erat quã cõ
stitutiões põtificũ aut principũ. Si igitur nõ de
dit deus veteri legi ptãtẽ super occulta cordis
coerciuam: quomodo verisimile est eũ dedisse
legibus principũ christianorũ? Nõ põt igit̃ lex
humana vel iudicare vel punire proprie actus
pure interiores. Deniq; theologi magno ↄsen
su asserũt prælatos ecclesiæ nõ posse ꝑ suas cõ
stitutiões ad actus interiores ꝓprie obligare,
Et recte sane. Nõ enim decens fuit authorita
tem iurisdictiõis super hominẽ interiorẽ eis au
ferre quẽ nõ possunt in exteriori foro vel cogno
scere vel iudicare. Vnde sanctus Thomas secũ
da secũde questione, ciiij. dicat in his quę perti
nent ad interiorem motum voluntatis hominẽ
nõ teneri homini obedire sed solum deo, etatq;

seuerum.3.de beneficijs hoc pacto dicentē: Errat si quis existimat seruitutem in totū hoiem descendere, pars enim melior excepta est corpora obnoxia sunt & astricta dominis, mens quidem est sui iuris. Assentitur & Ioannes gerson de regulis ita dicens. Solus deus & nullus alius absq; eius cōmissione potest per se & directe obligare hominem absq; eius consensu libero ad actus interiores: concordat Petrus de palude in 4. sententiarum. Item hostienses in capitulo mulieres de sentētia excōi. Alios mitto facio doctores qui eiusdem sunt sententiæ. Quod si nō est ecclesię prelatis collata ptās: quis sanę mentis eam principibus laicis tribuēdam cēsuerit? Interiorē igitur hominem deus suo reseruauit iudicio. & ab exteriori foro fecit immunem.

CAPITE TERTIO afferuntur authoritates iuris & diuini & canonici quibus ꝓbari videtur ecclesiam proprie posse ad actus interiores obligare, quę & dissoluuntur.



AETERVM aduersus postremam propositionem, multę fieri possunt obiectiones quæ imprimis adferendę sunt ac diluendę vt veritas magis elucescat, Igitur primum eas adferamꝰ quæ ab authoritate

ſumuntur,& a iure diuino exordiamur. Impri mic data eſt eccleſię ſeu prælatis eius poteſtas ligādi atq; ſoluendi quando dictum eſt Petro apoſtolo pro ſe & aliis. Quodcunq; liganeris ſuper terram erit ligatum & in celis Matthęi. xvj, Item quando expreſſe omnibus apoſto lis dictum eſt: quęcunq; alligaueritis ſuper ter ram erūt ligata & in cælo Matthęi.18.& Ioā nis,21.dicitur quorum remiſeritis peccata re mittuntur eis,& quorum retinneritis retenta ſunt. Ex illis authoritatibus videtur tanta po teſtas eccleſiæ prælatis conceſſa, vt etiam ad occulta cordis ſe extendat. Reſpōſio, non par ua difficultas eſt: quid velquantum authori tatis præfatis in locis ſit eccleſiæ conceſſum: præſertim cum multis modis intelligi poſſit ec cleſiæ collatam eſſe poteſtatem in ſoluendo li gādo quę: poteſt &enim intelligi data eſſe po teſtas ſoluendi quo ad vinculum præceptorū votorum iuramentorum & aliorum id genus, vel ſecundo quo ad reatum culpę quantum ad ſacramentum pœnitentiæ, vel tertio quo ad pœnas temporales peccatis debitas moderan das vel relaxandas vel demū quo ad cenſuras pœnaſque canonicas remittēdas: his enim mo dis poteſt intelligi collatam eſt eccleſiæ ſoluē di poteſtatem. Attamen nonſatis certum eſt quantum in his modis habeant ptātis eccleſiæ prælati. Item ligandi poteſtas intelligi poteſt

fuisse ꝯcessa, vel quoad culpam, vel quoad pœnã in foro interiori, aut etiam exteriori ratiõe peccati cõmissi: vel quoad censuram aliquã puta excõicationẽ vel suspensionẽ infligendam: vel demũ quoad operationẽ aliquã faciẽdam vel nõ faciendam, At uero non liquet quousq; se extẽdat hmõi ligãdi potestas. Quapropter friuolũ est: ex verbis huiusmodi velle asserere datã esse eccl'ie ptãtẽ iurisdictiõis p̃sertim coerciuã sup actus interiores. Data est (fateor) ptãs ecclesię prelatis absoluendi in foro pœnitẽtiali ab oibus occultis pctis. Sed talis ptãs non est proprie coerciua. Nõ enim in inuitũ excerceri põt. Sed cũ spõte reuelant̃ p cõfessionẽ: virtute clauiũ absolui possunt at ex hoc non sequit̃ ecclesiæ p̃latos ptãtem iurisdictiõis super actus interiores ꝓprie habere. Quãdoquidẽ nõ põt eos ad suũ (id est extrinsecum) forũ traducere: nec eos ibi iudicare vel punire. Sed dices: si q̃s quã palã ꝓfiteretur se crimẽ aliquod solo corde admisisse: posset iuste puniri etiã in foro exteriori. Rñ. Negatur assũptũ. Si em̃ nihil peccati exterius ꝯmissum est: non sanę põt hũana ptãs pctm̃ hmõi punire. Posset tñ incauta siue stulta eius reuelatio q̃nq; redargui. Actus igit̃ interior humane legis censurã euadit. Secũda obiectio sumit̃ ab auctoritatibus iurię canonici Etem̃ distinctione. xix. c. nulli dicit̃. Nulli fas est vel velle vel posse transgredi apostolicæ sedis p̃cepta. Et additur in calce capituli. Fit alie

nus a diuinis & pōtificalibus officijs qui noluerit pręceptis apostolicis obtēperare ex quibus apparet solam voluntatem quandoq; per legē canonicā puniri. Cui astipulatur id quod eodē libro in hęc verba refertur. vj. quęstione prima capitulo si quis. Eadem seueritate voluntatem scęleris qua effectum puniri iura voluerunt. Et hęc quidem verba ex codice deprompta sunt. Itidē gratianus de poenitentia distinctione prima multas leges adducit: quibus probare cōtēdit solam volūtatē qñq; dānari atq; puniri. Sed & glossator eadē distinctiōe multis in locis dicit solam voluntatem qñq; puniri. Etenim. c. si quis cum telo ait voluntas pro facto reputat. Et. c. si quis dicit: sola voluntas quandoq; punitur. xxvij. q. prima. c. nuptiarum: & sola cogitatio. vj. q. prima. c. si quis: & sola intentio. c. si quis cum telo iam allegato. Itē. c. cogitationis dicit: aliquos esse casus speciales in quib9 sola voluntas punitur nam credens hæreticis ex communicationem propterea incidit: vt ait, Itidem repellitur a promotione ponderosus qui scilicet mente peccat nec ad actum procedit. Similiter capitulo periculose dicit: clericū esse irregularē qui homicidiū facere voluit nec fecit quia nō potuit: licet nō sit homicida. Cōfirmat Primo, ex decretalibus patet solā cogitationē qñq; puniri. Etem̄. c. ad abolendā de hęret. ex cōicant q de sacramētis eccl'ię aliter sentire nō metuūt quā romana eccl'ia p̄dicat & obseruat.

Item.c.excõicamus,credentes hęreticis excõi catione feriũtur.Sentire enim et credere actus sunt interiores.Confirmatur secundo,de sexto decretaliũ.Etenim.c.generali de electiõe,pro uentibus ecclesię priuantur clerici qui se nõ op ponũt ijs qui vsurpant de nouo custodiã vacã tium ecclesiarum.Et.c.fundamẽta eodẽ titulo excõicantur noĩati electi seu assumpti in recto rem vrbis vltra annum qui tali electioni cõsen serint. Item capitulo primo de scismaticis la ta legitur sententia cõtra eos qui Iacobum & Petrum de columna scienter & deliberate pro cardinalib⁹ habuerint & tenuerint.Et ibi glos sa dicit cogitationẽ deliberatã puniri.Insup.c. mulieres de iudicijs,excõicatur iudex fraudu lẽter seu ficte vadẽs ad examinãdas mulieres &.c.primo de sententia & re iudicata excõicat iudex qui cõtra cõscientiã & iustitiã in graua mẽ partis quã in iudicio p gratiã vel sordes fecerit.Cõfirmatur tertio de clementinis siqui dẽ capitulo ne in agro,de statu monachorũ ex cõicantur monachi & canonici regulares q ad curias principũ se cõferunt aĩo nocendi:vt suis p̄latis aut monasterijs dãnũ aliquod inferant. Itẽ capitulo primo de hereticis excõicãtur inq sitores qui cõtra iustitiã & cõsciẽtiã omittunt ꝓcedere sup prauitate heresis qñ ꝓcedẽdum fuerit,vbi glossa dicit.Cõstitutio ecclię militã tis ligat crimẽ oĩno occultũ ad suspẽsiõis & ex catiõis pœnas;& multas allegatiões adducit.

Itidē.c.cupiētes de pœnis. Suſpēdūt ab officio pdicatiōis religioſi mēdicātes q ſciēter poſtpo ſuerint cōfitētib9 cōſciētiā facere de ſoluendis decimis:& ſi negligētia huiuſmodi necdū pur- gata pdicare pſumpſerit, excōicatiōis ſniam incurrunt. Ecce queādmodū frequenter p ſola volūtate(id eſt ſolo actu voluntatis)& interdū p omiſſiōe actus interioris pœnę iuris infligū- tur. Itaq; cōſicitur eccleſiā cū ſuis prælatis ha- bere authoritatē in occultis cordis etiā quo ad pœnas infligendas. Reſpōſio. Supponendū eſt p diſſolutiōe prefatorū iurū volūtatem tripli citer cōſiderari poſſe. Imprimis pōt ɔſiderari vt nuda ſine terminis ſuis ɔtenta(hoc eſt dū ad exteriorē actū nō pgreditur ſiue nullus actus exterior ei adiūgit)puta nec verbū nec ſignū nec opus aliud extrariū:& tūc plerūq; volūtas ipſa plena non eſt. Si eni plena & efficax eſſet: actū certe exteriorē imparet. Altero mō cōſi- derari pōt voluntas:vt comitata actu exterio- ri ſed ſine effectu(hoc eſt cū aliquis actus exte rior partis ſenſitiue adiungitur ſed nullus effe- ctus ſequit:id eſt nullū opus in materia extrin ſeca efficitur)puta cū aliquis mouet manum vt aliū percutiat:ſed percuſſio ipſa nō fit. Et hoc quidē vſu venire ſolet quū voluntas ipſa muta tur:vel etiā quicquā impedimento eſt ne ſequa tur opus ad extra. Tertio cōſideratur volūtas vt actu exteriori & effectu quoq; aliquo comi- tata:vt puta cū quis vult pcutere aliū & re ipſa

percutit. Et hoc bifariã ĩ genere fieri põt. Nã interdũ effectus ipse permanet vt cũ dom⁹ edificatur: Interdum vero trãſit vt dũ percutitur aliquis cuiuſquidẽ percuſſionis nullũ manet vestigiũ. His præfatis dicimus volũtatẽ nudã ſine ſuis limitibus contentã (hoc eſt nullis ſignis aut actibus externis ſe prodẽtẽ) nulla vel hoĩs vel iuris humani pœna vel cẽſura vnq̃ ꝓprie puniri. ſed nec puniri quidẽ poſſe, Talis enim voluntas diuino iudicio reſeruatur. Atuero ſi foris ſe manifeſtet actibus aut ſignis, interdũ punitur maxime ꝑ peccatis grauioribus proximũ aut rẽ publicã turbãtibus. Sed & ſi ſequatur effectus, grauiꝰ puniri ſolet. Itaq; iura quę dicũt voluntatẽ quandoq; puniri, capienda nõ ſunt de volũtate quę intra ſuos limites ſe cõtinet: ſed de illa quę ſignis vel actibus apparet. Talis enim frequẽter pro iuris diſpoſitione punitur indirecte etiã ſi nullus ſequatur effectus, maxime ꝑ pctĩs rẽpublicã grauiter turbantibus, aut proximũ lædentibus. Et hoc intellige quando ſufficiẽter de tali voluntate cõſtat latẽtia enim pctã vindictã nõ habent. Et hęc quidẽ reſpõſio generalis ſatis eſſe videtur pro diſſolutione omniũ aductorũ. At nihilominus peculiariter agamus dicentes primã allegatio q̃ queſtione. xix. habetur nihil obeſſe, quoniã intelligitur de illo q apoſtolicę ſedis ꝑcepta nõ tãtum interius ſed etiã exterius tranſgreditur Itidem quod de codice deprõptum eſt nõ de

bet intelligi devoluntate sceleris suis terminis cõtẽta, sed de illa quæ foris se manifestat. Sed & speciale est quod in crimine læsę maiestatis eadem seueritate puniatur volũtas qua & effectus. Intellige qñ quicquã exterius molitur qđ & legitime probatur, Regulariter tñ volũtas cũ effectu grauius puniri solet. Et eodẽ modo respõdendum est ad oẽs leges quas gratianus adducit de pœnitentia distinctione prima itelligũtur enim de volũtate suos limites egrediẽte & signis vel actibus exterioribus se manifestãte, quę indirecte punitur dũ actus exterior punitur. Quod aũt glossator dicit solam volũtatem quandoq; puniri: parũ curandũ est: qm̃ multa palam falsa & a veritate abhorrentia effutit: neq; per eum adducta oppinionẽ eius vel fulciũt vel ꝓbant. Imprimis cm̃ ꝙ ait, volũtas pro facto reputatur ĩ delictis: miror eũ nõ etiã dixisse ĩ benefactis. Sed & falsum est quod ait voluntatẽ pro facto reputari si gñatim loquamur. nõ enĩ volũtas semiplena pro fctõ reputatur saltẽ oĩno, sed & volũtas quę formaliter & vltimate est operis exterioris imperatiua plerũq; in ipso opere magis vel acceptatur vel reprobatur. Quinetiam volũtas plena quę scz exit ĩ actũ si põt ita, quod nihil impedit, opus pręterq̃ impotẽtia, nõ reputatur pro fctõ quãtum ad præmiũ vel suppliciũ accidentale. Fatẽdum est tamẽ q̃tum ad pręmiũ vel suppliciũ essentiale: volũtatẽ plenam pro fctõ quantũ ad

deum reputari. Et hęc vera sunt pro sententia Theologorum quantum vero ad iudicium ecclesiasticum vel forense pertinet, nunq̃ sola voluntas quę scilicet suis terminis contenta est ꝓ facto reputatur: qñquidem de illa minime constare potest. Non igitur pro sola voluntate q̄s pœnam iuris vel canonici vel ciuilis incur rit. Sed & friuolum est dicere solam cogitationē quandoq; puniri: cum sola cogitatio ex se peccatum non sit. Nisi enim accesserit consensus voluntatis: cogitatio peccatum nō est. Ridiculum quoq; est dicere credentem Hęreticis ꝓpterea in excōmunicationem incidere quū credere sit actus intellectus qui percipi non potest. Intelligendum ergo est de eo qui pertinaciter credit hereticis, & suam hęresim verbis/scriptis/aut alijs signis extrarijs prodit. Huic autem nostre sentētiæ patrocinatur Petrus de Palude distinctione. xiij. quarti sententiarum qui de hęreticis et eorum fautoribus agens dicit in hunc modum, Omnes sunt excommunicati ipso facto. Quod intelligendum est: dum tamen vitium suum aliquo actu exteriori prodant publicę vel occulte. Aliter pro solo actu interiori (licet sit perfecte hęretic⁹ quo ad deū) nō tamen excommunicatus est: quo ad ecclesiam quę videt illa quæ foris patent. Hęc ille. Quia autem glossator decreti dicit ponderosū a promotione repelli: nihil obest dictis nostris

Etenim diuus Gregorius in suo pastorali ex quo decerptum est illud capitulum, hunc & enim. xlix. distinctione, tractans ea quę in veteri lege a sacerdotio submouebāt: & mystice ea interpręta̧tus: dicit pōderosum non esse ad mittendum ad regimen aīarū. Non enim dignus est curā animarum suscipere qui lubricis affectionibus plenus est. Quinetiam sacris ordinibus initiari non debet qui sibi conscius est culpę mortalis, debet enim promouendus tpē promotionis a mortali peccato immunis esse Et nihilominus si promoueatur: nullam pœnā iuris canonici propter peccatū dum taxat mentale incurrit. Ergo proprie repellitur per legē diuinam: non autē per legem humanam: nisi p accidens: inquantum participat siue cōicat cum lege diuina. Denique q̄ idē glossator dicit: eum qui vult pcutere clericū & nō percutit quia non potest: esse irregularē: pœnitus falsum est, quoniā irregularitas non contrahitur ꝑpter homicidium sola mēte cōmissum, Imo nec cōtrahitur etiam si cū voluntate assit conatus exterior, modo nullꝰ sequatur effectꝰ Ideo glossator in hoc dormitauit: quēadmodū & alijs multis in locis. Iā veniamus ad ea quę ex libro decretalium deprōpta sūt: & breuiter dicamus locos citatos non esse intelligendos de his qui intus dūtaxat sentiunt vel credunt: sed de his qui malæ voluntati actum exteriorem

addunt per quem vitium internum manifestant, vt iam docuimus. Ad ea vero quę ex sexto libro decretaliũ producuntur, dicitur imprimis clericos qui se non opponunt in, prouentibus ecclesiæ non priuari propter actum interiorem, dumtaxat vel omissionem eius. sz propter defectum actus exterioris qui sane patere potest: sicut & actus ipse exterior si fieret Ergo nõ solum puniũtur qui actus exteriores sub pœnę alicuius adiectione prohibitos facere prę sumũt sed etiã qui obmittunt ea facere exterius quæ facere iubentur. At ex hoc nullo modo conficitur: solam voluntatẽ pœna hominis vel iuris hũani proprie puniri posse. Itaq; omnia illa, que ex præfato libro sexto proferũtur, intelligenda sunt de ijs qui voluntatez malam aliquo signo sine actu exteriori manifestant, Tales enim interdum puniũtur proprie propter actum exteriorẽ malę voluntati additũ, propter ipaz aũt volũtatẽ licet improprie, hoc ẽ indirecte & mediate, puniãtur aliquãdo non tamen proprie vt dictũ est. Sed ex hoc nõ cõsequitur actum exteriorẽ nullo modo exterius manifestatum per leges huiusmodi puniri posse. Denique ad ea quę ex clementinis citãtur, similiter respondẽdum est. In prima tamẽ allegatione tangitur quædam difficultas, an videlicet possit puniri per constitutiones canonicas actus exterior qui ex se bonus vel indif-

ferens est, sed malus efficitur ob malam intentionem siue relationem mentis interiorem, vt est ire ad curias principum animo nocendi. Sed hęc non est huius capitis materia: & de illa disceptabitur postea. De inquisitoribus autem dicitur: q͛ nō excōicātur propter solam voluntatem sed propter omissionem actus exterioris quē facere tenentur. Et hoc quidē per legē humanā fieri pōt. Nam, vt inquit petrus de palude loco superius citato, qui in potestate existēs omittit facere quod debet licet nihil exterius agat, pœnā tamen iuris incurrit, quia ad idem iudiciū pertinet habitus & priuatio. Hęc ille. De mēdicantibus autem negligentibus eodē modo dicēdum est. Quod aūt glossa clementinarum dicit constitutionē ecclesię militantis ligare crimen omnino occultum ad pœnas suspensionis & excōmunicationis, toto errat cælo si de occultis cordis nullo actu extrario manifestatis intelligat. Et quamq̃ multos locos citat quos superius protulimus, ex nullo tamen conuinci potest ecclesiā quicq̃ proprie habere authoritatis in occultis cordis quę nullo actu exteriori produntur. In ipsis autem occultis cordis exterius manifestatis licet improprie nō nihil habeat authoritatis, nō tamen proprie. De occultis autē operis exterioris postmodum discutietur.

CAPITE QVARTO adferuntur diluunturq; rationes quibus probatur apparēter sed non vere ecclesiam obligare proprie posse ad actus interiores.


IAM VERO post authoritates, quicquam obiectionum afferamus quę rationi videntur inniti: simulq; diluam⁹. Imprimis posuit. Sāctus Petrus Apostolus ꝓprie ligare ad actus interiores: puta ad ea credenda quę suis in epistolis scripsit posteritatiq; reliquit, imo re vera obligauit quoniam ea credere tenentur fideles. Igiť pontifices qui ei succedunt in potestate regendę ecclesię vniuersalis possunt ad actus intrarios proprie astringere quoniā videlicet non minori sed æquali au thoritate præditi videntur. Responsio In diuo Petro duo fuere genera potestatis. Fuit enim ei concessa plena potestas regitiua supra fideles vniuersos. Fuit etiam altera ei data peculiariter quæ personalis dici potest: scilicet qua faceret miracula et libros diuinos scriberet. Prima potestas non tantum ei sed eius quoq; successoribus data est: quantum ad regimen ecclesiæ vniuersalis. Altera vero potestas nō sic posteris concessa est: vt aperte liquet. Prima potestas non se proprie extendit ad actus interiores: altera vero sic. Habuit itaq; Petrus (vt di


ulnus scriptor)aliquid potestatis peculiaris,q eius successores non habuerunt. At vero ex tali authoritate peculiari concludi nō pōt ecclesiasticā ptātē ad actus interiores ꝓprie se extēdere. Secunda obiectio sumpta est a synodis Vniuersalibus hoc modo. Possunt synodi generales ecclesiam vniuersalem repręsentantes legitime ad actus iteriores ꝓprie obligare:imo re vera ligare videntur, Etenim dicitur in symbolo ab ecclesia ꝓbato hęc est fides catholica: quā nisi quisq; fideliter firmiterq; crediderit saluus esse non poterit. Itidē per statutū ecclesię astringuntur omnes mortali pctō obnoxij in paschate cōfiteri:etiā si pctā cordis dumtaxat admiserint. Alias pœnam in capitulo omnis vtriusq; sexus cōtentā incurrunt. Cōfirmatur. Is qui ficte cōfitetur, similiter qui non contritus venerabile sacramentū altaris in paschate suscipit:nō satisfacit ecclesiæ statuto:& hoc qdem prouenit ratione alicuius interioris quod adesse deberet. Igitur ecclesiastica ptās ad act9 interiores se extēdit. Respōsio. Imprimis quod ex symbolo profertur nihil obest: quoniam ex eo non conficitur ecclesiasticam potestatē ad actus interiores se extendere proprie. Pōt (fateor)præcipere exteriorem fidei protestationem. Potest et dogmatisationem falsitatis aduersæ prohibere:potest et mediate atq; indirecte ad credendum astringere, quando parti-

cipat vel cõmunicat cum lege diuina vel etiã diffinit aut declarat aliquid quod ad fidẽ & sacramenta pertinet. At ꝓprie nõ põt ad actũ fidei interiorẽ ligare. Quid ergo (inqes) tũc obligat fideles vt credãt? Nempe ius diuinũ: quod proprie astringit ad ea expresse credenda quę per ecclesiam diffinita sunt. Ad primã cõfirmationem quæ agit de confessione peccatorũ cordis: dicunt nõnulli actũ confessionis sacramẽtalis directe nõ posse cadere sub præcepto ecclesiæ sed indirecte: dũ iubet aliquid ad quod digne exequendũ requiritur cõfessio: cuius modi est susceptio corporis Christi quod in paschate suscipi præcipitur. At hęc responsio friuola est quæ & nodum plane nõ soluit. Dicamꝰ igitur: eos qui peccatum cordis dumtaxat cõmiserunt directe per statutũ ecclesiæ obligari ad seipsos coram sacerdote præsentãdos & ad cõfessionẽ ore faciendam, Hi autẽ actus exteriores sunt: scilicet præsentatio sui & vocalis confessio: qui cognosci possunt, tametsi vnus occultus sit: & quoniam iure diuino tenentur quando cõfitent̃ peccata omnia sacerdoti pandere: (alioqui ficti seu mẽdaces essent). Idcirco dum ad præceptũ ecclesiæ confessionem faciunt, tenentur etiã occulta cordis cõfiteri. At hoc directe seu ꝓprie nõ prouenit vi seu ratione statuti ecclesiastici: se per accidens tantum. Itaq; præceptum ecclesiæ nõ fertur immediate super actũ interio-

rem:quamuis feratur super exteriorem qui est de actu interiori. Ad alteram confirmationem quę agit de ficte confesso:exponēdum est quid sibi velit ficte cōfessus. Est autem ille proprie qui obicem siue obstaculum ponit effectui sacramenti pœnitentiæ, id est qui complacētiam in peccatis admissis vel aliquo eorū habet: vel certe nullam de ipsis habet displicentiam: aut cui propositum inest rursus peccandi(& canū more)ad vomitum suum reuertendi. Talis em̄ non integre confitetur. Eapropter non consequitur effectum secramēti:etiā fictione postea recedente. Debet igitur peccata prius confessa iterum cōfiteri:auctoritate ad priorē ꝯfessorē redire, suāq; fictionē aperire si effectum sacramenti consequi gliscit, optat, concupiscit. At nihilominus ficte cōfessus et, tempore quo tenetur per statutum ecclesiæ dumtaxat confiteri, videtur ecclesiæ præcepto satisfacere :quoniā facit quicquid ecclesia proprie præcipere potest. Quod autem omittit actum interiorem nihil obest quantum ad ecclesiasticum mandatum pertinet, quandoquidem ecclesia proprie non potest ad ea quæ sunt interiora astringere, ideo pœnam canonis non incurrit qui ficte ꝯfiteť:licet apud deū graue piaculū admittat. Sed & dū casus ꝯtinget quo virtute diuini ꝑcepti tenebiť cōfiteri(puta cū occurret casus

necessitatis)tunc peccata omnia rursus cõfiteri & fictionem quoq; suam aperire debebit. De eo autem qui non contritus sacram communionem in paschate suscipit:licet grauissimum scelus cõmittat,tamen ecclesiæ pręcepto satis facit:nec transgressor eius censeri debet. Quapropter nullam iuris canonici pœnam incidit. Tertia obiectio ecclesia obligat ad habendum attentionem in rebus diuinis. At uero intẽt.o est actus interior, Itidem ecclesia ipsa p exercitia quę fidelibus iniungit sane intendit eos intus facere meliores:ergo qui tali intentioni non respondent,p ræcepto ecclesię non satisfaciunt. Confirmatur si ecclesia non obligaret ad actus interiores:tunc ad satisfaciendũ ecclesię præcepto satis esset actum exteriorem facere. At hoc est absurdum . Ex hoc em̃ sequeretur aliquem per actum peccati mortalis pręceptum ecclesię adimplere:puta si dicat aliquis horas absq; vlla attentione: similiter si missam ob inanem gloriam audiat:item si ieiunet vt postmodum voracius ædat. Responsio, Ecclesia per suũ præceptum nõ obligat proprię ad habendam attentionem sed improprię tantum. Quid igitur(dices) propriæ obligat? Nempe ius diuinũ quod iubet vt dei opus decenter fiat. Ecclesia igitur non astringit proprie : licet indirecte siue per accidens obliget. Et quamquã ecclesia intendit facere

meliores fideles suos: huiusmodi tamen intentio directe non cadit sub præcepto ecclesię. Siquidem ad implẽdum eius pręceptum satis est actũ exteriorẽ decenter facere: puta officiũ diuinũ debite proferre: & cerimonias exteriores obseruare vt decet. Sed obijciet aliquis, si nulla in officio diuino adhibeatur attentio op⁹ est officiũ ipm iterare, Igitur dicens officiũ diuinum ad attẽtionẽ habẽdã obligatur. Negãt aliqui assumptũ, Sed vtcumq; res habet negatur consequẽ, si intelligatur ꝙ virtute præcepti ecclesię teneatur proprie: hoc est directe immediate & per se attẽtionẽ habere, tenetur fateor virtute diuini pcepti: quod quidẽ transgreditur nullã habens attentionẽ, sed ecclesiastici præcepti proprie transgressor nõ est, qm̃ facit quod ecclesia proprie, directe, p se, & immediate præcipit, & hoc sufficit ad eius præceptum (inquantum huiusmodi) implendum, Ad cõfirmationẽ cõceditur assumptũ: nec illud absurdum videri debet modo sane intelligatur. Non enim putandum est eum satisfacere præcepto ecclesię qui pctm̃ mortale ea ratione dũtaxat qua peccatum mortale est, sed ea consideratione qua facit actũ ab ecclesia pręceptũ. Quod aũt nõ refert in finẽ quẽ ecclesia ipsa intendit perperã quidẽ agit quo ad deũ: sed propterea non est præcepti ecclesię transgressor. Verũ dices: obligatus ad pręceptũ ecclesię faciendum tenetur velle ipsum facere quia ab



ecclesia præceptum est. Etenim si nullum vel le actuale habituale aut virtuale haberet: non obediret vt decet. Atqui velle ipsum est actus interior. Igitur per ecclesiam siue ecclesię prę ceptum obligatur ad actum interiorem. Negatur quod proprie (hoc est directe immediate & per se) obligetur: licet per accidēs & improprie astringatur: quia scilicet actum exteriorem ab ecclesia directe imperatum non potest sane si- ne interiori facere vt cōuenit. Quarta obiectio si ecclesia sub excommunicationis pœna prę- cipiat alicui capere aliquam in vxorē: siue nu- ptias mire cum ea cum qua contraxit sponsa- lia: tenetur ipse interius consentire. Si enim ver ba tantū proferat nec intus consentiat excom municationem incurrit: quoniam cum ea non contrahit ob defectum consensus interioris nā sine tali consensu nunquam verum efficitur cō iugium: eamobrem non satisfacit ecclesiæ prę cepto nec intentioni eius. Responsio. Negatur assumptū: si intelligas ꝙ proprie teneatur vir- tute præcepti ecclesiæ. Itidē negatur ꝙ in eo casu excōmunicationem īcurrat: quoniā nihil prętermittit quod proprie subsit ecclesiasticæ potestati: quamuis secundum deum perperam agat qui & fictionem huiusmodi nō relinquet inultam. Quinta obiectio Nonnunquam laten tia peccato per ecclesiæ prelatos reseruantur:

et confessores quoq; interdum satisfactionem imponentes dicunt suis pœnitentibus vt bene & deuote eam faciant. Habent igitur ecclesiæ proceres super actus interiores quicquam potestatis. Responsio. Nunquam reseruantur peccata prorsus latētia quæ scilicet mentalia sunt dumtaxat: imo nec reseruari quidem possunt. An vero occulta operis reseruari queant dicetur in sequentibus. De confessoribus autem non est opus verba multa facere: quoniā plęriq; reperiuntur inepti pariter et inexperti. verba tamen pra fata (si intelligantur de exteriori deuotione, tolerabilia sunt: alias hallucinantur ita loquentes: & credita sibi potestate abutūtur. Si tamen pœnitentes ipsi sua sponte ad deuotionem mentalem se astringere vellent: posset eis imponi. Sed nihil ad rē. At dices, extra de celebratione missarum capitulo dolentes præcipitur: vt horas seu officium deuote persoluant. Responsio. Ibi directe deuotio exterior præcipitur: quæ scilicet consistit in debita prolatiōe & gestu corporis siue ceremonijs deuotis: non autem pręcipitur ibi deuotio interior proprie siue directe: quamuis indirecte pręcipiatur quia videlicet sine deuotione mentali non potest diuinum officium decenter psolui. Ergo tenetur cleric⁹ diuinū officiū dicē do se nec interius nec exteri⁹ distrahere. Verū

ad primū tenetur pręcepto diuino: ad alteram, præcepto ecclesiastico. Igitur si se notabiliter distrahit actu interiori p̄ceptum diuinum trāsgreditur, si vero actu exteriori pręceptū ecclesiæ præuaricat. Sexta obiectio. Hęreticus mētalis oēm perdit iurisdictionē ecclesiasticam: & hoc per cōstitutionē ipsius ecclesiæ contra hęreticos latam de qua quidem liquet. xxiiij. quęstione prima capitulo didicimus. Didicimus (inquit) oēs hæreticos omnino & scismaticos nil habere potestatis & iuris. Itidem homicida mētalis debet eo die abstinere a celebratione missæ quo homicidiū mente tantum cōmisit. Igit̄ ecclesia pōt ad actus interiores obligare. Responsio, Putant nonnulli potestatem ecclesiasticam in fide infusa fundari. Itaque qui ipsam fidem infusam nūquam habuerūt vel habitam perdiderunt: nō sunt capaces ecclesiasticæ potestatis. Alij vero sentiunt oppositum dicentes eā inniti characteri baptismali Nullus itaq; capax est iurisdictionis ecclesiasticæ nisi qui charactere baptismali sit præditus. Siue prima teneatur opinio. siue secūda quę probabilior est: nihil proposito aduersatur: quoniā neutra opinio dicit hæreticum pręcise mentalem (id est q̄ errorem fidei aduersum in intellectu cum pertinacia voluntatis habet quem nullo signo exteriori manifestat) perdere iurisdictionē ecclesiasticam per ecclesiæ constitutionem. Sed pri

ma opinio hoc ip̄m iuri diuino tribuit. De ho-
micida vero pure mētali nō legitur præceptū
quod eum a celebratione submoueat: modo ve
re pœnitens sit et recollectus sufficienter. Et q
aliter sentiunt de suo' loquūtur. Sed & si verum
esset quod dicūt: nihil obesset ꝓposito: quoniā
tale impedimētum nōdicunt euenire ꝑ consti
tutionē pure ecclesiasticam: sed potius per ra-
tionem iuri diuino cōsonam. Septima obiectio
Si potestatem ecclesia nō haberet super actus
interiores: hoc ideo esset ꝙ eos nec cognoscere
nec ad suū forum deducere pōt. Sed hæc ratio
non sufficit: quoniā si ratio huiusmodi momētū
aliquod haberet, per eam probaretur: ecclesiā
in actibus exteriorib⁹ qui occulti sunt nihil ha
bere potestatis, quoniā nec eos cognoscere nec
ad suū forum trahere potest. Responsio. Non
nulli totam deductionem admittunt dicētes ec
clesiam nihil habere potestatis: nisi in his quæ
notoria sunt vel probabilia id est quæ iuridice
probari possunt. Sed hæc opinio nobis falsa vi
detur: de qua et postea disceptabiť. Itaq; alias
respondentes dicimus ecclesię prelatos autho
ritatem nō habere in actibus interioribus: par
tim propter defectum (vt ita dicam) cognoscibi
litatis. Non enim suapte natura ab hominibus
cognosci possunt partim ob defectum iurisdi-
ctionis quæ non est in hoc eis concessa. No-
luit enim deus potestatem hominibus tribuere

in rebus huiusmodi quod sanum iudicium in eis facere non possent. Super actus autem exteriores etiam occultos maiorem tribuit potestatem, quod ex natura sua sint cognoscibiles. Et si interdum non cognoscātur hoc prouenit ob defectum seu penuriam cognoscentis. Eā obrem prorsus simile non est de occultis cordis & occultis operis exterioris. Octaua obiectio ecclesia potest ad peccatum mortale vel proprie obligare, Igitur ad actus interiores proprie ligare potest, probatur huiusmodi cōsequentia, quoniam nō minus est ad letale peccatū astringere q̄ ad actus interiores. Responsio huiusmodi obiectio alibi tacta & dissoluta est. Eamobrem nunc paucis eam diluentes dicimus consequutionem cum sua probatione nihil concludere. Siue enim maius siue æquale sit ad letale peccatum obligare: non tamen sequitur quod assumitur quoniam ex sacris literis probatisq; authoribus liquet sufficienter ecclesiam ad mortale peccatum proprie obligare posse. Non autem sic constat de potestate eius quo ad actus iteriores. Imo ediuerso satis ex eis colligitur huiusmodi potestatem ecclesiæ prælatis proprie nō competere. Nona obiectio. Quamuis non possint ecclesię prælati

seorsum sumpti ad actus interiores proprie obligare: videtur tamen ecclesia vniuersalis siue concilium generale legitime congrægatũ (quod ipsam refert ecclesiam) proprie ad act9 intrarios astringere posse: vtpote quod diuina authoritate præditum sit ob speciale spiritus sancti pręsentiam qui et peculiariter ipsi concilio præsidet, & ad huiusmodi actus siue dubio valet obligare. Responsio. Sicut ecclesiæ proceres nequeũt ad actus intrarios proprie ligare: ita nec ecclesia vniuersalis (siue synodus generalis eam representans) hoc potest: hoc est non valet per sententiam saltem pure humanam pro huiusmodi potestate pœnam infligere, vel etiam ad ipsa cordis occulta prodenda astringere, An vero possit ad ipsos actus interiores eliciendos siue producendos, pręsertim in his quæ ad fidem vel bonos mores proprie pertinent, directe ligare dubium esse potest, quoniam & in rebus huiusmodi concilium hallucinari non potest, cum a spiritu sancto dirigatur, Idcirco de iure diuino esse dicuntur quæ a concilio ipso constituuntur in rebus huiusmodi. Si quis ita sentiret, non posset facile improbari, diceret enim ecclesiam authoritatæ Spiritus sancti sibi concessa hoc

facere & nihilominus per se non punire transgressiones huiusmodi mandatorum, sed punitionem diuino iudicio relinquere, quod sibi punitionem huiusmodi reseruauit. At nihilominus adhęrendo his quæ iam dicta sunt: probabilius est dicere nec potestatem quoq; in hoc collatam vtilitati ecclesię esse, quamuis posset ipse deus potestatem huiusmodi non solum ipsi ecclesię: sed etiam peculiari personę cōferre si vellet. Nec obest quod adductum est, non enim sequitur ecclesia vniuersalis dirigitur peculiariter a spiritu sancto, igitur potestatē habet ad actus interiores eliciēdos proprie obligandi. Nam et boni pōtifices in suis iustis mādatis a spiritu sancto peculiariter diriguntur & tamē nō propterea cōficitur eos ad actus intrarios eliciendos proprie posse obligare. Nec etiam consequitur, spiritussanctus potest ad actus interiores ligare, igitur & ecclesia quę a spiritu sancto speciatim dirigitur tali potestate prædita est. Posset fateor hoc facere, si tali potestate diuinus spiritus eam donare voluisset At nullibi cōstat huiusmodi potestatem regulariter ei collatam fuisse. Sed iam satis de occultis cordis disceptatum est. Pergam⁹ igitur ad occulta operis exterioris: et ab his q̄ prorsus occulta sunt exordiamur.

CAPITE QVINTO incipitur agi de prorsus occultis opis exterioris, & declaratur per quasdã propositiões quid ptãtis habeat ecclesia in occultis huiusmodi.


E OPERIBVS igitur exterioribus prorsus occultis agere incipientes: supponamus imprimis quędam ex his occultis quę peccata sunt, committi in deum: alia in rẽ publicã: alia in proximũ. Deinde memoria repetamus illos sensus siue modos: quibus intelligi posse diximus: ecclesiã habere potestatem super occulta siue sint cordis tantum siue operis exterioris. Primus sensus est. Ecclesia ligare potest ad sua pręcepta, non solũ publice sed etiam occulte seu priuatim obseruanda, Alter sensus est. Ecclesia potest per suũ pręceptũ sententiã vel cõstitutionẽ proprie ligare ad ea reuelãda: quę prorsus occulte facta sunt. Tertius sensus est, ecclesia potest pœnam pro pctis exterioribus occultissimis, in foro interiori siue pœnitẽtiali imponere. At de hoc nihil in hoc capite diceẽ quoniã, in hoc pœne nulla difficultas est. Quartus sensus est, Ecclesia siue pręlatus ecclesiæ potest huiusmodi occultis iã commissis pœnam aliquam canonicam inferre Vel etiam constitutionem facere pœnalem in eos qui deinceps talia commiserunt. His bre

uiter repetitis addatur prima propoſitio huiuſ modi. Poteſt eccleſia ſecundum primum ſenſum pauloante præfatum ad opera prorſus occulta ligare imo reuera ligat ſubditos ad ſua præcepta ſeruanda:nõ ſolum publice ſed etiã priuatim et occulte. Siquidem tenetur clericus non ſolum palam ſed etiam priuatim ſi ſolitarie viuat diuinum officiũ perſoluere. Tenetur et ieiunia eccleſiaſtica etiam ſi ſolus ſit ieiunare:nec ei licitũ eſt (ſemotis etiam arbitrijs) cœnam ſine cauſa facere. Tenetur inſuper a carnib9 feria ſexta diebuſq; ieiuniorum abſtinere etiam ſi ab hominibus prorſus ſemotus ſit: puta ſi vitam ſolitariam agat. Qui enim ſecus ſentiunt cum inſanis lutheranis inſaniunt. Adde quod per legem eccleſiaſticam non ſolum prohibentur publica crimina ſed etiam occulta. Non enim ſolum humana lege prohibetur furtum publicum ſed etiam occultum. Sed dicet aliquis. Non poteſt eccleſia punire peccata quę prorſus occulte fiunt:quoniam nec cognoſci nec iudicari ab ea poſſunt. Igitur poteſtas eius non ſe extendit ad ea quæ prorſus occulte committuntur. Probatur conſequentia quoniam fruſtra feruntur leges quæ tranſgreſſores punire nequeunt. Non poteſt igitur eccleſia pręcipere occulta, cum tranſgreſſores non poſſit punire. Reſponſio. dici poteſt eſto

non valeat ecclesia per se punire (saltem parti culari punitione) ea quæ prorsus occulte ad- missa sunt. Potest tamen per suum sponsum: qui ea nosse iudicare ac punire peculiariter po test: vt decet. Et hoc sufficit vt ecclesiæ præ- cepta ligent transgressores: etiam occultos. Cō- tra. eodem modo dici posset ecclesiam ligare ad actus interiores: quoniam possunt a suo spō so cognosci, iudicari, atq; puniri. Responsio. Iam dictum est eccl esiam nihil proprie posse in actibus interioribus nō solum propter defe ctum cognitionis, seu probationis: sed etiam propter defectum iurisdictionis. Non est igi- tur simile de his & illis. Deinde probatio con sequentiæ nullius est momenti. Si enim leges quæ feruntur non possent ob defectum iurisdi ctionis punire transgressores: frustra (fateor(instituerentur. At si quandoq; non possunt pu- nire propter defectum probationis: non ferun tur inaniter: quoniam in foro conscientiæ li- gant transgressores. Quamuis ergo probatio quandoq; desit, ius tamen non deficit. Secūda propositio. Non potest ecclesia secundum aliū sensum ad occulta operis obligare: hoc est non potest quempiam astringere: vt ea palam re uelet quæ prorsus occulte commisit. Proba tur imprimis hæc propositio: quoniam si- detur oppositum poterit quispiam obligari ad seipsum diffamādum. Siquidem peccatū omne

prę∫ertim mortale ∫uum infamat authorem. Si ergo crimē prorsus occultum reuelaret, haud dubie ∫eip∫um diffamaret, & bona fama quæ de ip∫o habebatur, vel perderetur vel certe ob∫curaretur. At vero nullus ∫eip∫um diffamare tenetur: imo famam ∫uam iure naturali ac diuino debet con∫eruare quantum pro ratione pote∫t. Deinde ∫i dicatur oppo∫itum, tenebitur peccator occulti∫∫imus ∫eip∫um varijs exponere periculis: grauibu∫q; detrimentis quibus frequenter afficeretur ∫i crimen eius manife∫tum foret. Etenim quandoq; carceri mãciparetur, nonnunquam beneficio priuaretur, aliquoties degradaretur, imo per iu∫titiam ∫ecularē morte afficeretur. Itidem per∫ecutiones & odia eorum qui per peccatum occultum offen∫i ∫unt, interdum perpetuo in ∫e concitaret, Atqui nulla lex hominum pote∫t ad hęc detrimenta proprie obligare, Porro nulla lex vel ratio dictat rem meliorem e∫∫e periculo detrimentoq; exponendam: pro re vili aut minus bona: ∫ed potius ediuer∫o. Cum igitur bona fama (cæteris paribus) ∫it longe melior quam bona temporalia proximorum: ∫equitur eam non e∫∫e exponendam periculo ∫iue detrimento ratiōe bonorum temporalium: & tamen interdum exponēda e∫∫et periculo ∫i pro reb9 occulte ∫ublatis (de quarum ∫cilicet furto non con∫tat) qui∫piam ∫e prodere teneretur. Deniq; nullo iure

nulla ratione probari potest ei legem ecclesiasticam vel humanam obligare posse ad opera prorsus occulta publice reuelanda. Sed dices Nonnunquam tenetur peccator scelus suum prorsus occultum prodere: alioqui sententiam excommunicationis incurrit. Enimuero quandoq; in monitionibus officialium additur clausula generalis per quam excommunicãtur omnes: qui de bonis illius qui furtum denũciauit, furtim surripuerunt: nisi intra tempus præfixum recognitionem fecerint. Responsio. Negatur assumptum. Et ad probationem dicitur imprimis monitiones illas generales non esse intelligendas de furtis prorsus occultis, hoc est quando nec actus nec author eius cognitus est: nec fama quoq; vel suspitio probabilis habetur, sed de hijs quæ aliquo modo deprẹhensa sunt. Dicitur et aliter si huiusmodi monitiones etiam ad furta prorsus occulta extendendæ sint: nihilominus tenetur nemo seipsum palam prodere. Nec hoc intendunt hi qui literas monitorias tradunt. Et si hoc intendant, toto errant cælo & potestate sibi tradita perperam abutuntur. Nõ enim aliud faciunt quã sue animæ detrimentum inferre. Intendere igitur debent id quod rationi consentaneum est: videlicet vt restituantur medio apto quæ furtim sublata fuere. Quod sanẹ fieri potest sine famẹ lesione: videlicet per interpositam per

ſonam: puta confeſſorem vel aliam perſonam idoneam: furtum vel æquiualens reſtituendo vel etiam per ſe clanculum ſemotiſq; arbitrijs reddendo quod furto acceptum eſt quando decēter hoc facere per ſe poteſt. Sed dices rurſus. Poteſt eccleſia peccatorem prorſus occultum obligare ad reuelanda occulta operis ſaltem in foro pœnitentiali ſiue ſecreto. Negaret hoc durandus. Sed tamen ſane admitti poteſt: ſcilicet eccleſiam ad hoc ſaltem indirecte obligare poſſe. Nec propterea ſequitur eccleſiam ipſam obligare poſſe ad reuelāda publice peccata que prorſus occulta ſunt. Non enim ad reuelationē ſecretam ſeu pœnitentialem ea ſequuntur diſcrimina quę ad manifeſtationem publicam paſſim contingere poſſunt. Tertia propoſitio. Non poteſt eccleſia ſecundū quartum ſenſum particulariter ad occulta operis obligare, hoc eſt non poteſt per ſuā cenſuram ſiue ſententiā pro peccatis prorſus occultis iam ɔmiſſis pœnam aliquā in foro exteriori inferre nominatim & determinate. Probatio in promptu eſt. Quoniā nec peccatum prorſus occultum nec authorē eius particulariter cognoſcere poteſt eccleſia niſi ſua ſponte velit author ſeipſum prodere. Quamobrem nō poteſt nominatim eccleſia de talibus in foro exteriori iudicare nec ea ſpeciatim punire. Adde quod paſſim dicitur: eccleſię tribunal de occul

tis non iudicare, Quod certe omnes fateri habent, si de iudicio exteriori & particulari intelligat, quod i aliquē nominati exercetur. Hoc igitur cū citra controuersiam existat non est vberiore ꝓbatiōe opus. Quō (p̄cor) posset pticulariter punire qđ pticulariter nosse iudicare q; minime potest. Quō inq̄ nominatim puniri posset quod nullo modo probari valet. Quarta propositio de sententia generali dubium ē: an scz per sententiā vel constitutionē gn̄aliter latam possit ecclesia pc̄tā prorsus occulta punire. Et si sic, an pœnę que apponūtur in cōstitutionibus iuris & sententijs hominis afficiant seu ligent in foro cōscientie delinquentes penitus occultos. De alijs aūt generibus occultorū dicetur postea. Multę in hoc reperiūtur opiniones, Vna dicit ecclesiam non posse p constitutionem vel sententiā etiā generalem pc̄tā exteriora prorsus occlta punire. Ideo pœne iuris hūani nō afficiūt delinquētes prorsus occultos. Altera prefate aduersa dicit ecclesiam hoc posse & in suis quoq; sententijs ac cōstitutionibus frequenter tali ptāte vsam esse. Et hęc opinio discrimē nō facit inter penas spirituales quę censurę, vocantur & alias pœnas canonicas. Tertia opinio quę est restrictiua secunde dicit ecclesiam habere potestatem ligatiuā atq; punitiuā i occultissimis exterioribus quādo duo ɔcurrūt primūq; pœna procedat exclaue

queadmodum fit in censuris. Alterum quod il la sint diuino iure prohibita. Sed breuiter recitatis opinionibus primā aggrediamur eam q; diffuse tractemus.

CAPITE SEXTO refertur opinio dicēs ecclesiā nihil proprie habere ptātis puniti ue quo ad prorsus occulta operis exterioris, & obiectiones ei adūsantes dissoluutur.

PRIMA igitur opinio dicit ecclesiam non posse per sententiā generalem pctā prorsus occulta punire quequidē probabilis quibusdā videtur & multiphariam quoq; cōprobari pōt. Imprimis per illam saluatoris parabolam de zizanijs nō eradicandis que mathei, 13. capite habetur. Et em̄ per huiusce modi parabolā prohibetur ecclesię prelatis ne per excōicationes alias ve cēsuras eradicēt malos homines per zizaniā designatos quando discerni vel cognosci nequeūt, vult em̄ eos dominus suo iudicio reseruari. Atqui pctōres prorsus occulti nullo modo cognosci siue discerni possūt igitur nō sūt p excōicationes aut alias censuras ab alijs separandi itaq; ex præfata parabola liquet non esse datam prælatis potestatem excommunicandi pro peccato qđ nullo modo cognosci potest partim propter

defectum cognitionis partim propter pericu-
lum turbationis rei publice que inde ꝓueniret
Deinde probatur per apostolum paulum pri-
mo ad chorinthios capite quarto dicẽtem. No
lite ante tempus hoc est ante peccati noticiã
iudicare donec veniat dominus qui illumina-
bit abscondita tenebrarum & manifestabit cõ
silia cordiũ. Ex his enim verbis liquet iudiciũ
nõ esse faciendũ de occultis cordium & abscõ
ditis tenebrarum hoc est de operibus quę pror
sus occulte fiunt. Non enim ibi tantum loqui
tur de ijs que latent in cordibus sed etiã de ope
ribus quę in abscondito fiunt quemadmodum
ea ipso textu & interpraetibus liquet. Quum
igitur occulta cordis & operis sint diuino iudi
cio reseruanda nec liceat de ipsis iudicare con
ficitur ecclesiam de ipsis iudicare saltem in fo
ro suo siue exteriori non posse, & per conse-
quens nec punire, quũ iusta punitio pręsuppo
nat rectum iudiciũ. Insup confirmatur hec op
pinio per multas iuris canonici authoritates
quę dicunt occulta non esse ab hominibus vel
iudicanda vel punienda. sed diuino iudicio re-
seruanda, huiusmodi autem authoritates nõ
solum accipiende sunt de secretis cordis, sed
etiam de occultis operis praesertim quę pror-
sus occulta sunt, alias nihil noui dicerent. Sed
& multis in locis quibus de occultis agitur nõ
fit sermo de cogitationibus sed de operibus.

Nam vt cætera reticeantur, in capitulo. Si-
cut tuis de simonia vbi dicitur ecclesiam non
iudicare de occultis, sermo est de ijs qui dede
runt vel etiam receperunt pecuniam symonia
ce, & iura quoq; ipsa non de puris cogitatio-
nibus sed de operibus exterioribus loqui con-
sueuerunt eamobrem authoritates ille de oc-
cultis operis etiam intelligi debent. Nec va-
let dicere huiusmodi authoritates de iudicio
& punitione que fit particulariter & nomina
tim esse intelligendas non autem de generali
quoniam friuolum est ita interpretari. Siqui-
dem hoc nulla vetula nescit, scilicet quod pror
sus occulta specialiter & nominatim puniri
non debent. Quomodo enim fieri hoc posset
quum ea nec cognosci nec probari queant.
Sed et si patres nihil aliud intellexerunt, cur
toties dixerunt occulta non esse iudicanda vel
punienda. Cur inculcarunt quod omnibus no
tissimum est? Cur (inquam) dixerunt hoc fie-
ri non debere quod fieri non potest? Nō enim
possunt prorsus occulta nominatim puniri.
Aliquid ergo aliud intellexerunt videlicet si
cut occulta cordis nullo modo sunt ab homini
bus iudicanda vel punienda. Ita nec prorsus
occulta operis in foro exteriori, sed deo reser
uanda sunt. Confirmatur Si possent etiam per

generalem sententiam puniri prorsus occulta operis sequeretur ea non esse relinquenda diuino iudicio, & sic cassa essent iura que dicunt occulta esse diuino iudicio reseruanda. Probatur consequentia quoniam per sententiam generalem punirentur quo ad forum conscientie perinde ac si particulariter ac nominatim punirentur, quoniam sententia eos ita afficeret quantum ad deum & forum conscientiæ sicut si nominarentur. Nihil enim refert si nomen exprimatur vel reticeatur quando æqualis pœna quo ad forum animę infertur. Itaq; diuino iudicio non reseruarentur, quod authoritatibus aduersum est. Porro non est ecclesiæ tribuenda potestas quæ nullum sacris in literis fundamentum habet. i. quæ nec expresse ibi continetur nec ex eis deduci potest. Atqui potestas super actus exteriores omnino occultos nullum habet in sacra scriptura fundamentum. Si enim alicubi fundaretur maxime esset in illo processu euãgelico qui ponitur Mathęi octauo decimo quum dicitur. Si peccauerit in te frater & cætera, & sequitur, si autem ecclesiã non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus sed hec non, quia ibi loquitur de ijs quę ab aliquo alio sciuntur. Item si locum illum tam late fueris interpretatus, eodem modo dicetur potestatem ecclesię se etiã extẽdere

ad actus pure interiores, vtraque enim nec cognosci nec probari queunt. Sed & si locum illum ita extenderis, nullus poterit prefigi terminus ecclesiastice ptāti. Aut des nobis limitem vltra quem non protendatur. Ad hec non potest iure humano sufficienter probari huiusmodi potestas. Igitur non est asserenda. Probatur cōsequētia quoniā oīs potestas que citra controuersiā ecclesie cōpetit, Iure pōtifici cio sufficiēter ꝓbatur. Assumptū vero ostēditur quoniā nō pōt afferri textus aliquis expsse dicens potestatē iurisdictiōis ad ea que omnino sunt occulta se ī foro exteriori extēdere, nec locus quoque aliquis dari potest ex quo sufficienter hoc ipsum deduci siue concludi possit, vt patebit postea quū dissoluentur obiectiōes huic opinioni aduersantes. Preterea nulla lex humana ꝓprie habet vim coactiuā per penam respectu eorum que prorsus occulta sunt, quoniam peccator occultissimus non pōt cogi ad penam legis suscipiendum, sed nec moneri precise potest in foro exteriori. Igitur nulla lex humana vim proprie habet respectu prorsus occultorum. Confirmatur non est ecclesie data ptās saltem coherciua respectu eorum que cohercere nō potest. Frustra enim est calciamentum (vt philosophus ait) cuius nulla est vel esse potest calciatio. At prorsus occulta non potest ecclesia cohers

cere. Siquidem poteſtas coherciua etiam in inuitos exerceri poteſt. At vero non poteſt coherciua poteſtas reſpectu penitus occultorum exerceri, quãdoquidem peccator prorſus occultus non ſuſcipiet penam niſi velit. Forte dicis eum peccare ſi non acquieſcat. At prius probare debuiſti ipſum ad hoc poſſe obligari, Petis igitur principium quippe qui prius debueras probare, vt dictum eſt peccatorẽ occultiſſimũ p ſentẽtiã eccleſiaſticã obligari poſſe ad penam ſuſcipiendam. Quid plura. Nulla eſt cauſa cur eccleſie dari debuit huiuſmodi poteſtas igit̃ ei cõceſſa nõ eſt, quum nihil ſine cauſa datum ſit eccleſie diuinitus. Probabatur aſſumptum. Quoniam huiuſmodi occulta non turbant nec ſcandalizant eccleſiam, nec proximo quoque nocent ſaltem perceptibiliter. Si enim nocumentum perciperetur, iam non eſſet penitus occultum. Non eſt igitur cur de his ſe intromittere debeat eccleſia Si dicis propter ſalutem anime ſe intromittit, vt ſcilicet propter peccata occulta nõ pereant peccatores ſed impellantur adverampenitentiã. At hęc euaſio nullius eſt momẽti, qm̃ pari modo probaretur eccleſiam poſſe punire actus pure interiores, vt ſcilicet propter eos non perirent qui eos committunt. Adde quod lex humana non debet omnia peccata punire ſed aliqua debet iudicio diuino reſeruare. Alioqui

temeraria presũptuosaq; foret vt pote quę diuinum iudicium vsurparet. At nulla sunt peccata quæ magis debeat relinquere impunita & diuino iudicio reseruare quam prorsus occulta, deniq; non est ecclesię data potestas ad destructionem sed ad ędificationem. At vero si potestas super occulta simpliciter data foret potius esset in destructionem quam ædificationem. Tum quia vsus eius frequentius esset noxius quam vtilis. Et enim considerata incuria quam plęriq; de sua conscientia habent, paucos reperire est qui curare vellent de pœnis per sententias siue, cõstitutiones penales generaliter latas impositis, Idcirco plus noceret talis potestas siue vsus eius quam prodesset. Tum etiam si aliqui curarẽt nõ possent tamen quandoq; sue famę nec sue quoq; saluti consulere. Et enim si pauper & impotẽs esset suspensus vel irregularis irregularitate stricta in qua scz solus papa dispẽsat, talis nõ posset papã adire propter debilitatem, nec ad eũ mittere propter inopiã. Quid igitur ageret? Itẽ si diues esset sed debilis non posset sine sui defamatione sue cõscientie prouidere, quoniã si mitteret pro absolutione vel dispensatione habenda, peccatum eius prorsus occultum fieret manifestũ sicq; defamaretur imo & quãdo beneficio priuaretur. Sed & si celebrare teneretur, scandalizaret populum si abstineret a

celebratione quousq; nũcius romam missus regressus foret. Item si aliquis talis esset excõicatus videretur perplexus, quia nõ posset licite abstinere a cõmunione fideliũ quãdoquidẽ abstinendo pctm̃ suũ omnino occultũ quodã modo pde: et vehemẽter enim suspicaretur aliquod impedimẽtũ illi inesse. Quũ igitur nec se prodere nec proximos scandalizare debeat nõ teneretur abstinere. Sed quod teneretur, pbatur, quoniã peccaret non abstinẽdo si sentẽtia excõmunicationis virtutẽ aliquã haberet. Itaq; ex tali potestate siue vsu eius interdum sequeretur perplexitas & nullus vel rarus ex ea fructus prouenirer sed ediuerso frequenter impediretur salus ãimarũ & multe quoq; anxietates siue conscitẽiarũ turbationes multaq; scãdala & detrimenta alia cõsequerẽtur. Quapropter nõ ĩmerito conficitur huiusmodi ptãtem ecclesię datam non esse. Cæterũ aduersus hanc opinionẽ multe possunt fieri obiectiões Imprimis per multas iuris constitutiones pœne canonicę infliguntur contra delinquẽtes nõ solum manifestos sed etiam occultos. Et cum ius nõ distiguat de occultis, nec nos distinguere debemus sed de omnibus occultis intelligere, Igitur ecclesia per suas cõstitutiones potest pro peccatis prorsus occultis pœnas canonicas infligere. Confirmatur. Glossatores ipsius iuris canonici ita sentiunt. Siquidẽ glossa in capi

tulo quesitum de temporibus ordinationū di-
cit homicidam quantumcumq; occultum etiā
post peractā pœnitentiam ministrare nō pos-
se. Et in capitulo inquisitionis de accusationi
bus dicit executionem ordinis impediri pro
pter homicidium & simoniam occultam. Cui
assentitur clemētinarum glossa in capitulo pri
mo de hereticis dicens in hunc modum. Con
stitutio ecclesię militantis ligat crimen omni
no occultum ad penas suspensionis & excom
municationis. Et multos textus iuris ibidē ad
ducit ad cōfirmationem sue opinionis. Astipu
lantur & doctores iuris canonici dicentes ali/
qua esse crimina grauia quę ipso iure suspen
sionem vel irregularitatē incurrūt quantūcun
q; sunt occulta, & idcirco ab executione ordi
num etiam post actā penitentiam impediunt.
Cuiusmodi est homicidum & symonia in ordi
ne vel beneficio. Respōsio Negatur assumptū
si de prorsus occultis intelligatur. Imo nullū
ius reperitur quod expresse pœnam imponat
pro criminibus simpliciter occultis. Et quam
uis iura quedā penalia de occultis loquantur,
Illa tamen nō sunt intelligenda de pœnitus oc
cultis. Nec sequitur ius non distinguit, igitur
nec nos distinguere debemus, Ratio enim di
stinctionem facere impellit, q prorsus occul
ta non sunt eiusdē rationis cum alijs occultis
Ideo quod dicitur de alijs speciebus occultorū

non est ad omnino occulta extendendum, Ad confirmationem diceret hęc opinio glossam decretalium non potuisse rationabiliter ex textu colligere quod asserit, quoniam textus ille nō loquitur de prorsus occultis sed de occultis improprie id est quę notoria non sunt. Et de talibus occultis, Antonius de butrio in additionibus ad panormitanum prefatum capitulum interpretatur, Adde ꝙ homicidium non potest prorsus occultum esse quin sciatur saltem ab eo qui occiditur, Sed & capitulum inquisitionis quod allegat ipsa glosa nihil ei ꝓdest, quoniam nulla ibi fit mentio de occultis nec vllum ponitur verbū quod innuat de occultis esse intelligendum, Igitur friuolum est de occultis intelligere. Sed dicet aliquis. Quum ius indifferēter loquitur, nō solum de manifestis sed etiam de occultis est intelligendum, Negatur assumptum saltem loquendo de prorsus occultis, Et si canoniste aliter sentiant, non curat hæc opinio quę illis aduersa est. Quantum ad glosam clemētinarum nihil curanda est, Tum quia dicit constitutionem ecclesiæ ligare in occultis & tamē ecclesiam habere pro solutis occultos sic ligatos quod friuolum est. Si enim habent pro solutis, igitur soluti sunt & non ligati, nisi dicat ecclesiam ipsam eos habere pro solutis non vere sed ficte. Tum etiam: quia non distinguit inter occulta quum tamen distinguendum sit,

quoniam varie sunt eorum species, Deniq; nõ probat sufficienter quod astruit quoniam per nullum ius ab ea citatum probatur ecclesiam ligare in peccatis prorsus occultis. Consideret prudens lector & videbit quędam iura ibi adducta loqui de ꝓprie occultis, Alia de improprie occutis id est quę probabilia quidẽ sunt sed notoria non sunt, alia vero de partim occultis. At nullum est quod de prorsus occultis expresse loquatur, & ideo friuolum est de talibus occultis, Iura illa interpretari & in eis opinionem fundare. Quo ad canonistas aũt non negatur quin eorum opinio sit ꝓbabilis, sed tamen quum nec authoritatem expressam saltem cogentem nec rationem quoq; sufficientẽ pro se adferant, Idcirco eorum opinio pro lege nõ recipitur ab huiusmodi opinione. Quod enim authoritatem expressam non habeãt ex eo constat ꝙ nullum ius expresse dicit delinquentes prorsus occultos pœnis canonicis ligari. Et quanquam in quadam extrauaganti simoniacus quãtumcunq; occultus excommunicatione feritur, tamen hoc nihil obest, quoniã de simonia pactionali intelligitur quę profecto non est penitus occulta quum ab alio saltem eo qui peccati est particeps, sciatur. Et idcirco non est de hoc genere prorsus occultorũ de quibus nunc agitur, queãdmodum nec hæresis quę perditur exterius & ab alio scitur ꝙ

a suo authore, & ita de ceteris dicitur. Quod auté nullã habeãt ratioñe cogẽtẽ ex eo ↄstat ꝙ oẽs dilui possunt saltẽ apparẽter vt statim ex earum dissolutiõe patebit. Nõ igitur eorũ regula recipitur siue theorica quam faciũt de peccatis grauibus occultis, sĩ tñ de prorsus occultis intelligatur: quoniã nullum fundamentum certe satis certum siue solidum habent. Si autem regula tantũ probabiliter ab eis posita fuisset, admitti quidẽ potuisset, sed cũ assertiue ponatur. ab hac opinione refutatur. Sed iam adferamus alias obiectiones que huic opinioni aduersari vidẽtur. Imprimis ius de facto semp est certum, igitur pœna quę imponitur a lege etiã in delinquente occulto locum habet. hęc ratio colligitur ex prẹfato antonio in additionib9 ad panormitanũ in caplo ex tenore de tẽporib9 ordinationũ. Responsio, cõsequẽtia hmõi prorsus inepta est, tũ quia nulla est habitudo cõsequẽtis ad antecedens. Tũ etiã sĩ ratio huiusmodi alicuius esset momẽti, per eã cõcluderetur pœnã iuris imprimi pro pctĩs cordis quia ius est ita certũ respectu interiorũ sicut respectu exteriorũ. Similiter cõcluderetur pœnam iuris eodẽ modo imprimi ꝓ occulti sicut pro manifestis. Quia respectu vtrorumq; est ęque certum. At occulta non puniuntur omnino sicut manifesta vt satis patet capitulo ex tenore, & capitulo quæsitum

de tempo.ordi. Itidem si ratio huiusmodi aliquid haberet valoris frustra mentionē expressam facerent iura de occultis, Sed & si ius inferat pœnam pro occultis quia ius ipsum certū est cur ergo quædam iura dicunt peccata latētia non habere vindictam. Deniq; pari modo diceref ius ciuile posse occulta punire, quoniā & ipsum semper certum est. Igitur basis prædicta fragilis est cui & innitendum non est. Sed aliam adferamus obiectionem. Si papa præciperet confiteri de actu exteriori quantumcūq; occulto, videretur ad confessionem teneri qui actum huiusmodi committeret. Quinetiam si lata esset excōicatiōis sententia contra omittētes eam incurrerent qui actum ipsum cōfessionis omitterent. Hęc est ratio Petri de palude distinctione secunda quarti sentētiarum, qui & aliam ibidem facit huiusmodi. Si aliquis confiteretur furtum se commisisse quantumcūq; aliter probari nō posset, puniretur pœna legis humanę positiuę. Responsio. Negatur assumptū saltem q; ꝑprie siue directe ad hoc ligare possit. Quoniam huiusmodi actus prorsus occulti proprie non subiacent authoritati pontificum quoad punitionem generalem vel specialē. Ratio igitur eius prima nullum habet momentū. Sed nec altera quoq; vllius est valoris. Esto enim publice cōfitens peccatum quod occulte commisit puniri quandoq; possit, non sequitur

propterea actus penitus occultos subiacere potestati ecclesiasticę punitiue: sed dumtaxat sequitur ecclesiam posse punire peccata occulta exteriora, quando sibi sufficienter manifesta sunt. Ecclesia enim habet potestatem iudicandi de omnibus criminibus dum sibi manifesta sunt. Sed & in tali casu etiam iudex laicus peccatum publice confessum puniret. Et tamen nō propterea sequitur potestatem secularem posse peccata prorsus occulta punire. Sed dicet aliquis, si peccatum cordis proderetur, non puniretur, scilicet propter defectum iurisdictionis. Ergo quum peccatum operis occultum possit puniri quando manifestatur, conficitur ecclesiam habere potestatem super ipsum. Et quod non punitur quandiu est occultum, hoc nō prouenit ex defectu iuris sed probationis. Et ita maiorem habet potestatem ecclesia super actus exteriores etiam occultissimos quam super interiores. Negatur quod maiorē habeat potestatem punitiuam super ea quandiu manent prorsus occulta. Quod igitur possit vitia occulte commissa punire quando manifesta sunt, hoc illi competit ex manifestatione siue ratione manifestationis ceu probant itaq; ratione eius capit iurisdictionem super ea præsertim quando sunt turbatiua reipublice vel offensiua proximorum. Etenim si alia vitia occulte commissa confiteretur quispiam commisisse

quę nec proximum lędunt nec deum vel rem publicam grauiter offendunt, non propterea puniretur pœna canonica. Ergo non omnis actus exterior subiacet humanę potestati. Sed & inepte dicit ipse de palude legem humanā posse pręcipere & prohibere omnem actū exteriorē. Nunquid quęso potest eūdem actum exteriorē pręcipere & prohibere. sed & si ad bonū sensum capias. Nunquid passim pręcipere valet opera super erogationis? Et quāquā in aliquo sensu cōcedi potest omnē actū exteriorē esse de iudicio & ptāte ecclesię, nō tamē cōcedendū est secūdū hāc opinionē eā habere ptātem punitiuā in foro exteriori sup quęcūq; actū exteriorē. Sed aliam tangamus obiectionē, Pollutus somnio nocturno per constitutionē ecclesiasticā tenetur a celebratione abstinere, & tñ pollutio huiusmodi pctm̄ est prorsus occultum. Confirmatur peccatum pollutionis diurnę & alia quoq; nōnulla etiā prorsus occulte cōmissa a pręlatis aliqñ reseruātur. Igit ecclesię ptās ad prorsus occulta se extēdit. Responsio Quāquā, licet polluto qñq; celebrare interdū vero minime: nihilominus in casu quo temperare debet potissimū iure diuino ad id astringit nec iure humano ꝓhiberi pōt nisi ꝑ accidēs & improprie, Inquātū scilicet pticipat siue cōicat cū lege diuina Hic aūt nō de ptāte ꝑ accidēs sed ꝑ se agit, Ad ꝯfirmationē impri

mis admiſſo antecedēte negaꝛ & cōſequēs & ꝯſequētia, qm̄ nō eſt hicquęſtiode auctoritate quā habēt eccl'ię ꝑlati in foro interiori ſed de ptāte punitiua p cēſuras quā in foro exteriori excercēt. Pōt nihilomiꝰ dici ꝑlatos nō poſſe prorſꝰ occulta reſeruare, qm̄ hocmō ꝯfeſſio ſacramētalis efficereꝛ nimiū difficilis & onerosa Nec ſequiꝛ ꝑlati aliqui forte canoniſtarū opinioni nimis adhęrētes hoc attentāt. Igiꝛ eccleſia huiuſmodi ptātē habet. Sed de hoc alias. Sed adhuc obijciet aliquis, Interdū ſtatuta religionū pœnis afficiūt trāſgreſſores occultos puta q ſilentiū fregerit teneatur diſciplinā priuatim accipere, Cur nō etiā ꝯſtitutiōes ꝑlatorū delinquētes prorſus occultos pari mō punire poterunt? Itidē cū prȩlati ipſi poſſint obligare ad culpam eos qui vel prorſus occulte ſuas ꝯſtitutiōes trāſgreſſi fuerint, Cur nō poterunt etiā eos ligare ad pœnā? cū maior ſit culpa q̄ pœna. Cur iquā nō poterūt ſtatuta facere pœnalia qbꝰ afficienꝛ etiā occulti ꝑuaricatores? Reſpōſio. Pn̄t (fateor) ſtatuta religionū in quibuſdā obligare delinquētes etiā occultos, cuiꝰ rei cā eſt qꝛ ꝓfitētes religionē ſpōte ſe obligāt ad obſeruāda ſuę religiōis ſtatuta. Et hoc quidē modo poſſent etiā cōſtitutiōes pontificum obligare ſi aliqui ſponte ad obſeruantiā earū ſe aſtringerēt. Sed hoc nihil prædictis aduerſatur: qm̄ ſermo eſt de poteſtate iuriſdictionis

quę etiam ī inuitos exerceri poteſt. An ſcilicet poſſit delinquētes etiam inuitos proprie obligare quando prorſus occulti ſunt. Et dictū eſt probabiliter eccleſiā huiuſmodi ptātem non habere Et quamquam poſſūt obligare ad culpā non tamen poſſunt obligare ad pœnā quoniam pœna huiuſmodi occultorum diuino iudicio reſeruanda eſt, quemadmodum patet ſecūda, quęſtione quarta capitulo conſuluiſti vbi ſic habes. Occulta & incognita illi ſūt relinquēda qui ſolus nouit corda filiorum hominū. Itaq; velle punire prorſus occulta eſt diuinū iudicium vſurpare, vt enim dicitur capitulo, ſi omnia, ſexta quęſtione prima. Si omnia in hoc ſeculo vindicāda eſſēt locū diuina iudicia nō haberent. Quędā igitur ſunt diuino iudicio reſeruanda præſertim quę nec probari poſſunt nec etiam cognoſci niſi ſponte ea reuelauerit qui ea commiſit. Itaq; deus voluit deliquētes obligari ad culpam quādo conſtitutiones eccleſiæ trāſgrediuntur etiā occulte: & tamen pœnam huiuſmodi occultorū ſibi reſeruauit, nec ptātē hoībus cōceſſit ea puniendi, Deniq; non ſemp ſequitur eccleſia pōt obligare ad culpā igitur poteſt pœnā inferre, qm̄ proprie pōt ad culpā mortalem obligare, & tamen nō poteſt pœnā mortali peccato debitā inferre. Sed adhuc obijciet aliquis. Poteſt eccleſia punire delinquentes ꝓprie occultos. Igitur & prorſus occultos,

patet consequētia quia non videtur maiorē au ctoritatē habere super illos quam super istos Item peccata vtrorūq; quo ad punitionē eccle siȩ videntur eiusdem rationis esse, quoniā vtra q; probabilia non sunt & iura quoq; de occultis loquentia de vtrisq; intelligi debent. Ergo vel ecclesia potest vtraq; punire vel neutra. Antecedens vero probari posset ex multis iuribus, sed hoc suo loco reseruetur. Responsio, Controuersia est de ipso antecedēte sed eo im prȩsentiarū admisso negatur cōsequentia cum sua probatiōe prima. Habet enī ecclesia maiorē ptātem in proprie occultis, vt suo loco dicetur. Negatur etiam quod sint eiusdē rōnis. Et quāq̄ in hoc ꝯueniūt quod iuridice probari nō possunt, tamē in alijs differūt. Et enim ꝓpriissime siue pœnitus occultum non potest naturaliter cognosci ab alio nisi per reuelationē eius spōtaneā qui ipsum fecit nō sic autē est de proprie occulto. Itē in penitus occultis nō habet locū fraterna correctio. In proprie aūt occulto pōt locū habere. Itidē in penitus occ'to moni tiones tm̄ gn̄ales fieri possunt quȩ nihil operātur nisi sponte illis obtemperetur, Et si se non emēdarit pc̄ōr neminē scādalizat, in proprie occulto monitiones etiam spāles locū habere queūt, quib9 si nō acquieuerit & se nō correxerit plerūq; scandalizat eū qui viciū eius nouit Deniq; nulla ē spes salutis in prorsus occulto

nisi sponte sue conscietię prouidere voluerit. At in altero occulto multi sunt modi quibus iunari potestvt resipiscat, puta secreta monitio, priuata denũciatio, spãlis oratio, & alia id genus. Idcirco latum est discrimẽ inter penitus occultũ & proprie occultum. E amobrem data est ecclesiæ potestas punitiua super pctã proprie occulta quã nõ habet respectu prorsus occultorũ, quoniam vsus huiuscemodi ptãtis plerunq; nihil proficeret, imo obesset saluti animarũ qui tamẽ in alijs occultis frequenter vtilis esse & suũ effectum sortiri potest, Deniq; falsum est q iura de occultis loquẽtia sint æque de omnibus intelligenda, quoniam differenter accipienda sunt. Ea enim que dicunt occulta nõ habere vindictam intelligẽda sunt de prorsus occultis scilicet q ab homine puniri nõ possunt, sed deo reseruanda est ipsorum punitio. Alia vero que sonant occulta per ecclesiam puniri posse, & reipsa p censuras occulta pctã puniunt, de alijs generibus occultorũ respectiue sunt capienda. Sic enim apta iuriũ concordia fieri posse videtur. Sed hactenus de huiuscemodi opinione, quę licet quibusdam probabilis videatur vt dictum est, periculosa tamẽ passim reputatur, Tũ quia periculosum est dicere eũ qui clericũ dormiẽtẽ ita occulte pimit vt nulli alteri mortaliũ prorsus notum sit; tale homicidiũ sententiã excõicationis nõ incurrere tũ: etiã quod periculosũ sit dicere ecclesiã

habere potestatē pcipiendi etiam directe in prorsus occultis, sicut reuera habet, & eam nō habere potestatē puniēdi per cēsuras ecclesiasticas eo quod occultissę im fuerūt phibitiōes seu pcepta hmōi: ideo relinquit hęc opinio.

CAP. SEPTIMO refert alia opinio prædictę aduersa quę dicit ecclesiā habere potestatē i occultissimis exteriorib9 quo ad cēsuras generales aliasq; pœnas canonicas pserti spāles. Sed hęc opinio reprobatur qtenus loquitur de pœnis quę cēsurę non sunt, deniq; alia opinio reprobatur quę in hoc nimis ecclesiasticā p otestatem restringit.

QVANTVM ad secundā opinionem quę prefatę oino aduersa est. Supponendū est triplices esse pœnas canonicas, scilicet spūales: corporales & tpales. Spirituales diuidūtur in censuras, & nō censuras. Censurę sunt excōicatio suspensio & interdictū, quibus additur irregularitas quæ ex pfatis sequi solet. Non censurę sunt infamia, depositio & degradatio. Corporales pœnæ sunt quibus affligitur corpus. Tēporales quædam sunt pecuniarie, Alię sunt priuationes bonorū tpaliū vt sunt publicationes siue cōfiscatiōes Hoc supposito dicit hęc opinio ecclīam posse ligare atq; punire crimina prorsus occulta nō solum per gnāles censuras, sed etiā p alias pœnas canonicas psertim spirituales, cuiusmodi est depositio ab officio vel beneficio & etiā per

priuationem bonorũ. Et huic opinioni astipulatur panor. in. c. absolutos de hęreticis dicẽs bona hęreticorum ipso iure esse confiscata quantumcunque delictum sit occultum, allegat. c. ij. de pręscrip. &. c. cũ secũdũ de hęreticis li. vj. Dicit pręterea pœnã ipso iure impositam afficere delinquentem quãtũcũq; occultũ. Ergo eoipso (inquit) quo quis incidit in hęresin in continẽti perdit omnia bona, Et quãuis nõ possit allegari nisi manifesta, tñ supposito delicto reipsa sequit. Idẽ in. c. ad falsariorũ de crimine simili dicit pœne quę infligũtur ipo facto intelligũtur inflicte cõmisso delicto siue sit manifestũ siue occultũ. Verũ hec opinio nobis falsa videtur, quatenus loquitur de pœnis que cẽsurę nõ sũt cuiusmodi sũt depositio priuatioq; bonorũ. Siquidẽ nõ pñt plati p cõstitutiões vel sentẽtias generales p delictis prsus occultis iponere pœnã depõnis, vel priuatiõis bonorũ sic q delinquẽtes sint reipsa priuati nihilq; iuris amplius habeãt. Imprimis si delinquẽtes prsus occulti talibus pœnis obnoxii fieri possẽt, sequeret q iterdũ possent astringi ad seipos defamãdos vel certe ad generãdã de se malã opinionẽ. At hoc absurdũ est dicere cũ nullus teneatur ppter pctm occultũ se defamare vel malã notã de se gignere, patet consequentia: qm interdũ nõ possẽt satisfacere talibus sententijs sine scãdalo. Nõ enim possent cessare ab

officio, cedere bñficio, vel bona ꝯfiſcata relin querequin ſeipſos defamarēt, vel ſiniſtrā de ſe opinionē parerēt Sępe eñ ꝯtigere caſ9 pōt in quo nō poſſent ſiue hmōi detrimētis ſatiſfa cē ſiue obedire ſentētijs huiuſmodi. Deide nō eſt tribuēda p̄latis poteſtas in aliquo genere negocij qui nūquā ſiue in nullo caſu illius ge neris executiōi mādari pōt, ſed ita ē de hmōi ptāte que p̄latis tribuiť, quādoquidē nullus mortaliū pōt in aliquo caſu ſentētiā hmōi exe qui Sed dices, imo teneť ip̄e delinquēs exequi ſentētias hmōi ꝯtra ſeip̄m ſcilicet cedēdo bene ficio vel bona ꝯfiſcata relinquēdo. At ridiculū eſt dicere ꝙ aliquis inuit9 p̄ſertī occult9 tenea tur graues pœnas cōtra ſe exequi, quinetiā ſi talis lex fieret nō eſſet rōni cōſentanea, tū qa nō haberet cōditiōes vere legis ſiue cōſtitutio nis, tū qa inanis eſſet quoniā nulli pœne repi renť qui vellēt hmōi legē ſeruare: tū quia fo ret inhumana & crudelis: inhumanū enim eſt ꝙ aliquis p̄ſertim iuitus grauib9 ſe detrimētis afficiat, Porro ſi p cōſtitutiōes ſiue ſentētias ligari poſſent delinquētes ꝓrſus occulti, pari ratiōe poſſet p leges ciuiles hoc fieri quātum ad pœnas quę cenſure nō ſunt, patet cōſequē tia qa lex ciuilis in ſuo foro tātā ptātem habet quo ad pœnas de quib9 eſt ſermo ſicut lex ca nonica ī ſuo. At vero abſurdū eſt dicere leges pœnales locū habere in peccatis prorſus occul

tis Si enim fierent, casse essent quia non posset vnquam earum executio fieri. Vel certe inhumana, qr inhumanũ esset q̃ aliquis eas cõtra se exequeretur. Et enim si occultus teneretur eas exequi, igitur teneretur aliqñ membrũ aliqd sibi abscidere imo & capitali pœna se punire, quia leges aliq̃ pœnas huiusmodi impo- nũt. Et quis hanc asserat temeritatem? Si dicis constitutiones pœnã corporalẽ imponẽtes locũ nõ habẽt in pure occultis: sed leges pœnam temporalem puta depositionis vel priuationis bonorũ in eis vires habent, Hoc nihil est, quoniã depositio ab officio & priuatio omniũ bonorum grauior pœna est quã aliqua corporalis afflictio vt notum est, item si cõstitutiões pœnã corporalem infligentes non habent locum in prorsus occultis (vt ais) igitur nec in alijs. Ad hęc si pœne depositionis & priuatiõis locũ haberẽt in occultis sequeretur perplexitas, quia vel ip̄e re9 teneret̃ cedere bõis vel nõ Si non igitur potest eis licite vti, & ea retinere. Igitur nõ est eis iuridice priuatus. Si dicis primum, Contra, titulum habens verũ aut coloratum non potest cedere sine licentia superioris, sed talis habet titulum verũ aut coloratũ igitur non potest absq; licentia superioris cedere, Sed in casu non potest cedere quin se prodat & p cõsequẽs se defamet, imo grauissimis periculis seipsum exponit puta si cõmisit cri-

men hęresis quod nō pōt reuelare secrete su⸗periori quia nō potest adire. Talis enim cedē di licentiam petere non potest quin ad aliquorū noticiā deueniat & cōsequenter quin se prodat & tamen prodere nō tenetur vt certum est igitur sequitur perplexitas, imo & cōtradictio scz quod tenetur cedere & non cedere. Item si hæreticus qui occulte hæresim scripsit quę ad nullius noticiā peruenit, resipiscat, & scri⸗ptum vulcano tradat, quęro an possit bonis illis vti quibus eum dicis priuatum vel non. Si primū, igitur nō est eis iure priuatus, quia nullus licite vtitur bonis in quibus nullum ius habet. Si dixeris eum nō posse licite vti quia rei⸗psa priuatus est, quomodo igitur viuet qui nullo alio modo victum habere potest? Non enim dabitur eleemosyna homini mltas diuitias habenti de quibus nō cōstat quin suę sint: itidem nō tenetur stipem petere, alioqui se defamaret seu malam opinionem de se excitaret. Vis ne vt ille fame conficiatur & diuitijs non vtatur quib⁹ se priuare mō licito nō potest? Inanis si ita sentis. Nā & priuari non potest antequam sententia fuerit promulgata vt dicitur in pręfato ca. cum secundū. Quid plura? Basis huius opinionis nulla est ꝙ videlicet pœna ipso iure imposita afficit delinquentem quantūcūq; occultū, Falsa enim est si generatim de omnibus pœnis capiatur vt superius monstratum est.

Adde quod aliquę constitutiones siue sentētię iuris pœnas continentes nō afficiunt delinquētes occultos quę tamen manifestos afficiūt. Siquidem p constitutiones canonicas puniuntur irregularitate periuri, falsi testes, & adulteri quando manifesti sunt, & tamen quando notati non sunt, non ita puniuntur, non enim impediuntur quin ordines suscipere & in susceptis ministrare queant vt patet. c. quesitum de tempo. ordi. Falsa igitur est illa propositio, si capiatur vt iacet deniq; iura illa quę pro se adducit hęc opinio nihil concludunt. Imprimis ex. c. 2. de præscrip. lib. vj. nō pōt confici propositum. quoniam licet ibi innuatur aliquos propter suos excessus quādoq; iure ipso priuatos esse non tamen sequitur delinquentes prorsus occultos ipso iure priuari posse, sed tantum de manifestis vel aliquo modo probabilibus intelligi debet, quemadmodum & altera particula ibi posita scilicet per sententiam iudicis quę in prorsus occultis locum habere nō potest. Absurdum enim esset hanc particulam non intelligere de prorsus occultis & alteram clausulā sibi coniunctam de ipsis intelligere. Itidē non abest. c. cum secundum de hęreticis li. vj. qm̄ de prorsus occultis sane capi non potest, tum quia ibi papa quędam argumenta legalia adducit, ex quibus concludit intentum quod apte nō faceret si de occultis loqueretur, quoniā


leges ciuiles in prorsus occultis locum non ha bent tñ quia confiscatiōis executio siue bono rum occupatio fieri nō debet anteq̃ sententia super crimine fuerit promulgata vt ibi dicitur. Atuero in prorsus occultis nunq̃ pōt sententia promulgari igitur.c. illud de prorsus occultis nō intelligitur. Sed intelligendum est de mani festis conformiter ad.c.absolutos de hæreticis in antiquis, Quāquam si intelligatur etiam de probabilibus, nihil suffragatur huic opinioni. Porro non obest glossa clemētinarum.c. 1. de hęreticis quam ipse panor. pro se citat quoniā illa tantum loquitur de censuris. Sic enim ha-het, hic patet aperte ꝙ constitutio ecclesię mi litantis ligat crimen oīno occultum ad pœnas suspensionis & excommunicationis. Non igi-tur loquitur de alijs pœnis, quapropter nihil conducit huic opinioni. Et nihilominus glosa, ipsa quatenus se videtur extendere ad occulta cordis, falsa est, imo & pręsumptuosa, quippe quę negocium theologicum in hoc tractauit quod theologis potius relinquere debuit. Sed dicet aliquis, hęreticus quantumuis occultus ipso facto & iure perdit titulum beneficiorum quę habebat, quoniam titulus ecclesiasticus fundatur in fide infusa. Igitur hęreticus qui ꝑ dit fundamentum tituli ecclesiastici scilicet ip-sam fidem consequenter perdit et ipsum titu-lum. Responsio. Aliud est loqui de iure diuino

& aliud de iure humano. Si enim de iure diuino agatur, difficultas est an potestas ecclesiastica fundetur in fide infusa. Et probabilius est dicere q᷑ nō in fide sed ī charactere baptismali fūdetur, alioqui status ecclesiasticus esset incertus, quapropter hęretici de iure diuino nō perdunt ecclesiasticā ptātem. Si vero pars aduersa teneretur, hęretici ipsi titulū ecclesiasticum de iure diuino perderent, etiam si hęresis tantū mentalis esset sz hoc nihil proposito nostro aduersatur, qm̄ hic agitur an prelati p suas cōstitutiones vel sentētias generales possint pro peccatis prorsus occl'tis poenas canonicas quę censurę nō sunt, imponere. Et diximus eos nō posse. Eamobrem de iure humano hęretici nō sunt ipso facto suis titulis priuati, nisi eorū hęresis manifesta vel certe aliquo modo probabilis existat. Et ita intelligi debet quod dicitur 24. q. 1. c. didicimus. Didicimus inquit omnes omnino scismaticos & hæreticos nullam habere potestatem ecclesiasticam. Sed iam ad tertiam opinionem accedamus quę nimis restringit ecclesię potestatem in hoc q᷑ ait per claues siue cēsuras ecclesię prorsus occulta ligari nō posse nisi illa sint expresse lege diuina damnata. Hoc enim falsū est, imo opinio quę admittit ecclesiam habere potestatem in prorsus occultis quo ad censuras canonicas, debet non solum in delictis quę iure diuino expresse pro

hibentur sed etiam in alijs admittere. Enimuero fieri possunt imo & effecti reperiuntur aliqui canones lãtę sententię qui censuras imponunt non solum pro peccatis expresse lege diuina prohibitis, sed etiam pro alijs, quę licet generaliter per legem diuinam prohibeantur quę omnem contumaciam & contemptum superiorum prohibet, non omnia tamen expresse, prohibita ibi reperiũtur. Itidem possunt p̃lati causa rationabili suggerẽte prohibere sub pœna excommunicationis latę sententię aliquid quod expresse diuina lege prohibitũ nõ est, puta ne quisquam talem locum occulte vł aperte ingrediatur. Trãsgressores enim huiusmodi prohibitionũ quantuncunq; occulti pœnis huiusmodi afficiũtur. Possunt igitur aliqua alia prorsus occulta per constitutiones & sentẽtias iuris & hominis siue per cẽsuras a iure vel homine latas ligari atq; puniri. Itaq; prelati ligare possunt delicta prorsus occulta non tãtum ea quæ expresse in iure diuino continentur, sed alia quoq; etiam quę ex se peccata nõ sunt prę sertim propter contumaciam siue cõtemptum. Eamobrem tertia hęc opinio sine causa rationabili loquitur dicens censuras ecclesiasticas in peccatis prorsus occultis locum habere. sed non nisi in peccatis lege diuina prohibitis. Hęc enim secunda pars friuola & falsa est, quoniam in alijs quę rationabi-

liter pręcipiuntur et prohibentur. censurę locum habere possunt.

CAPITE OCTAVO declaratur secundũ opinionem saniorẽ quid potestatis habeat ecclesia in prorsus occultis opis exterioris quo ad censuras constitutiõesq; pœnales generaliter factas, & quid non habeat, & obiectiones contrarię dissoluuntur.


IAM VERO subiiciamus quid in hac re sanius ac verisimilius nobis videtur, & quibusdã ꝑpositionibus rẽ absoluam⁹. Prima ꝑpositio, possunt ecclesię p̄lati per censuras gñales ligare atq; punire pctã operis prorsus occulta quę iam cõmissa sunt. Probatur hęc ꝑpositio. Vsus est romanæ ecclesię & aliarum facere monitiones generales sub pœna excõicationis latę sententię contra prædones occultos. Tales enim si non faciant quod iubetur, hoc est si non satisfaciant modo apto iis quos lęserunt sententia excommunicationis ligantur, siue furta eorum pateant siue prorsus lateant. Atuero tota ecclesia hoc non attentaret nisi sciret potestatem sibi commissam esse. Item facere potest canones latę sententię pro culpis futuris prorsus occultis vt dicetur, igitur per censuras generales potest peccata operis prorsus occulta iam commissa ligare ac punire. Sed dices, Nullus potest ex-

communicari nisi contumax. 11. q. 3. c. nemo episcoporum, sed delinquentes prorsus occulti non sunt contumaces Igitur excommunicari nequeunt. Responsio. Licet sententia iuris non exigat necessario cõtumaciã, sentẽtia tamen hominis etiam generalis que ꝓ culpa preterita fertur, cõtumaciam aliquam exigit videlicet ꝙ is qui monetur gñaliter vel spũaliter non velit ad monitionem iudicis satisface re, Itaq; monitio generalis praecedere debet, cui si delinquens non obediat vt par est, in sententia incidet. Sed dices. Non potest monitio fieri in prorsus occultis, tales igitur excommunicari non possunt. Respõsio, potest imo debet monitio generalis fieri pro peccatis iam commissis vt dictum est, sed non est necesse monitionem peculiarem fieri, quandoquidem peccator occultus specialiter moneri non potest. Secunda propositio, possunt praelati rationabili causa suggerẽte pro futuris prorsus occultis prohibitiones facere censurasq; in transgressores addere quas ipso facto incident siue illa sint diuina lege prohibita siue nõ, Hec propositio contra tertiam opinionẽ probata est. Sed dices nullus potest excõmunicari nisi pro mortali sed ea que non sunt diuina lege prohibita non sunt mortalia igitur pro talibꝰ nullus excõmunicari potest, Responsio. Ad excommunicationẽ nõ semper exigitur ꝙ illud pro quo

patebit. Hic tñ notandũ est non esse opus mo⁊ nitione ad incurrendam pœnam iuris siue ca nonis nisi vbi pœna imponitur negatiue sine appositione temporis vbi tamen pœna impo⁊ nitur sine tēporis appositione requiritur moni tio puta qui nõ residet sit excomunicatus, pœ na enim tunc non censetur inflicta nisi monitio præcedat, alias sic. Quarta propositio. Non possunt a prælatis peccata prorsus occulta per constitutiones vel sentētias generales aliis pœnis quam censuris ligari siue puniri. Eam⁊ obrem constitutiones vel sententię iuris vel ho minis quæ de pœnis huiusmodi loquũtur nihil loci seu virtutis habent in peccatis prorsus oc cultis. Non sunt igitur iura pœnalia de huius⁊ modi pœnis loquentia ad prorsus occulta ex⁊ tendenda, hæc propositio satis probata est cõ⁊ tra secundam opinionem, quæ & intelligitur tam in præteritis quam in futuris. Sed protiꝰ nus dicet aliquis, Potest ecclesia pro peccatis prorsus occultis censuram inferre vt dicunt a⁊ lię propõnes igitur et alias pœnas canonicas. Probatur consequentia tũ quia nõ potest dari ratio diuersitatis nisi forsan arbitraria, tum etiã quia aliquæ pœnę canonice sunt spũales: sunt et cēsuræ puta depositio, degradatio igi͏̃ ita penetrãt occulta sicut & ipse cēsurę, tũ ter tio quia multi secꝰ sētiũt qui iura pro se habere

videntur. Responsio consequētia prefata cum suis probationibus nullū habet momentū quā doquidē latum est discrimē inter censuras & alias pœnas. Etenim censurę sunt spirituaIiores & acutiores idcirco plus penetrāt & executionem quoq; secū trahunt. Item ad inflictionem earum nō sequūtur illa pericula & detrimēta quę sequerentur ad alias pœnas canonicas si imponerentur. Itidem ratio cōficit alias pœnas pro peccatis prorsus occultis inferri non posse quę locum nō habet in censuris. Eapropter dicimus nec iniuria censuras in prorsus occultis vires habere, alias autem pœnas minime. Et si aliqui secus sentiunt, parum curādū est quoniam multi multa sine ratione loquuntur & iura quoq; ad suū sensum trahunt, nec interim animaduertunt quantum sue interpretationes rationi dissentiant sine qua nullū ius quicquam roboris habet. Nos autē ea quę rationi consentanea sunt potius curanda putauimus quam argumenta quedā friuola & allegationes impertinētes quibus nōnulli iuristę vti cōsueuerūt. Sed tādem ad rōnes primę opinionis quibus videtur pobare ecclesiam nihil ptātis in prorsus occultis habere respondendum est. Ille enim quo ad censuras nobis aduersantur, eamobrem dissoluendę a nobis sunt. Imprimis ad parabolā de zizanijs dicitur ibi non agi de prorsus occultis. Alias serui patrisfami-

lias non potuissent ei dicere. Vis imus & colli gimus ea. Est ergo sermo de zizanijs id est hęreticis & malis quando separari non possunt a fidelibus sine turbatione rei publicę vel periculo aut scandalo aliorum, puta quia multos vel fortes defensores habent. Tunc enim sunt permittendi malicium bonis ad maius periculum vitandum. Ad authoritatem Pauli dicitur ꝙ per eam prohibetur iudicium temerarium de proximis: quod quidem fit imprimis cum de ignotis vel occultis eorum iudicatur, deĩde cũ de cognitis malã in partẽ ea interpretando q̃ in bonã partem interpretari deberent vel saltem non iudicari. Tertio de statu futuro aliorum quales scilicet tandem sint futuri, hoc enim temerariũ est, quoniam qui hodie malus est cras bonus esse potest. Non autem prohibetur iudicium verum quod fit de actibus humanis pręsertim generaliter puta iudicando aliqua esse peccata et punitione digna quę reuera talia sunt. Hoc autẽ fit in sentẽtijs iuris vel hominis quę generaliter ferũtur, Eamobrem nihil obest pauliua sententia. Ad authoritates iuris canonici facile ẽ prima frõte respondere dicendo eas esse intelligendas de iudicio & punitione particulari non autem de generali sententia siue a iure siue ab homine lata sit. Ad improbationem dicitur. Iura de occultis ita

fuisse locuta ne pontifices siue prelati conarẽtur per suas generales sentẽtias impellere delinquentes occultos ad prodẽda peccata prorsus occulta in publico foro. Hoc enim fieri nullo mõ debet. At nihilominus possunt ea generaliter etiã sub pœna prohibere, quam quidẽ trãsgressores incurrunt quãtum ad forũ ꝯsciẽtię. Itidem ad cõfirmationẽ dicitur ꝙ prorsus occulta sunt diuino iudicio relinquẽda quãtũ ad punitionẽ peculiarem qua reipsa peccator secũdũ exigentiã delicti punitur. Cum hoc tamen stat occulta delicta posse puniri pœna generali ac medicinali ne postea durius a diuina iustitia puniãtur. Nec propterea sequitur effectum illũ quẽ operatur generalis sententia siue censura, prorsus eiusdem virtutis esse, tantumq; operari quantum opatur vinculũ quo aliquis particulariter expressoq; nomine ligatur, quandoquidem iste quo ad ecclesiam ligatus putatur & habetur. Qui vero tãtum generaliter ligatus est, non habetur pro ligato sed quantum latet nõ ligatus reputatur & si secrete vinculum suum aperiatur facilius solutionẽ meretur. Non sũt igitur eiusdem siue paris virtutis vinculum generale & speciale. Ad aliam obiectionẽ ꝯcedit̃ potestas super occulta peccata quę exteriora sunt ecclesię collata esse in loco euangelico ex mattheo citato, Nec obest improbatio facta, Esto enim in principio illi9

loci euãgelici agatur de pctis occultis quę ab aliquo sciũtur, Postea tamẽ generatim dicit. Amen dico vobis quęcũq; alligaueritis super terrã, erunt ligata & in cælo. Itaq; duplex ligandi ptãs ibi datur scilicet potestas ligãdi nominatim & specialiter ad puniẽda scelera quę satis nota sunt, quãdo scilicet scelus ipm ꝯpertũ est, & auctor quoq; sceleris notꝰ existit. Et ptãs ligãdi generaliter ad cohibẽda pctã exteriora pręsertim quę grauia sunt, & tamẽ ꝓbari nequeũt. Attamẽ nõ põt ibi fũdari ptãs quo ad pctã cordis siue interiora puniẽda, quoniã nulla est ecclesię data ptãs quo ad ea puniẽda in foro exteriori. At sup exteriora pctã iurisdictionẽ in exteriori foro habẽt, ꝑsertim quando grauiter reipublicę vel ꝓxĩo nocẽt, & deũ ob suã grauitatẽ irritant. Hac igitur ptãte qñq; vtitᷣ ecclesia vt pctõres occultos gñali pũitiõe afficiat quos nec admonitiõibꝰ nec terroribꝰ reuocare põt: ne videlicet deus infensus mala reipu. inferat si hmõi pctã occulta prorsus negligerentᷣ. Facit igitᷣ ecclesia ꝙ in se est vt delinquẽtes occultos reuocet, & diuinã irã auertat. An vero hmõi ptãs sufficiẽter possit ꝑ ius canonicũ ꝓbari, canonistis relinqtᷣ. Non enim adhuc aliqs occurrit locus q hãc ptãtẽ ecclię tribuat expresse. Et si adferantur concordantię & glossę (vt assolet) possunt ab opinione aduersa non difficulter dissolui vel refutari. Itaq; videant quidem quam prudenter agant

qui audenter ac indubitanter astruũt quod suf ficienter ꝓbare non valent. Ad aliam vero ob iectionẽ quæ dicto philosophi innititur, facile est respondere? Non enim nouit aristoteles ecclesiasticam ptãtem, sed ciuilem & vtcumq;. Esto igitur ciuilis potestas nõ se extendat ad punienda peccata prorsus occulta, ptãs tamẽ ecclesiastica pcensuras se extendit vt dictum est, Nec tñ pręcise tunc ꝯpellit delinquẽtẽ, sed tm̃ in foro ꝯsciẽtię ligat. Plus igitur auctoritatis dedit deus statui ecclesiastico quã laicali. Quod autẽ arguit. frustra est potestas punitiua quę vim coherciuam nõ habet, Igitur cassa est ptãs ecclesiæ quo ad ea quę prorsus occulta sunt, qm̃ cohiberevel cõpellere delinquẽtes occultos non potest. Negatur & assumptũ & ꝯsequẽtia qm̃ plus ẽ ligare quã p̃cise cõpellere. Potest eñ in foro cõscientię ligare delinquẽtes ꝓrsus occultos, q̃nquidẽ si nõ obediãt ecclię abstinendo a vicijs q̃ p ecclesiã ꝓhibentur, trãsgressores efficiuntur, Et tñ ecclesia p̃cise ꝯpellere nõ potest ob defectũ ꝓbatiõis. Ad aliã obiectionẽ quę arguit nullã esse causam cur data sit ecclesię hmõi ptãs. Respondetur negando assumptum imo data est talis ptãs sup actus exteriores prorsus occultos, imprimis vt per ecclesiasticã censurã apte ostendatur quãta sit grauitas illorũ pctõrũ quibus canonica pœna adhibetur, Non enim tã gra-

uia forsan a multis iudicata fuissent si sola ꝓhibitio vel admonitio facta fuisset Eamobiē nō tm̄ ꝓhibendi sed etiā generaliter puniendi data est ecclesię ptās vt ea vtatur qn̄ opus fuerit, Deinde data ē ecclesię ptās huiusmodi ad terrēdos ac reprimēdos delinquētes occultos ne tā licēter secreta pctā cōmittant, quę & audentius ꝯmitterentur & nulla forsan sequeretur resipiscentia si nulla canonica pœna adhiberetur. Et cū obijcitur eodēmodo deberet ecclesia generatim punire pctā cordis occulta ne scilicet pctōres ꝓpterea pereāt sed resipiscant. Responsio non potest hoc ecclesia facere quia nullā habet in interioribꝰ iurisditionē fori exterioris, sed tātū data est ei ptās ꝓhibēdi & admonendi, & in foro interiori seu pœnitentiali cōsulendi & absoluendi qn̄ reuelantur vt decet. Sed protinus dicas, si ptās hmōi satis est ꝓ occultis cordis, etiā sufficere debet ꝓ occultis operis exterioris. Negatur cōsequētia, qm̄ data est in his potestas vt ea vtatur & nō in illis. Et cur hoc? Nempe ꝗ exteriora solēt esse grauiora & ipsa, quoq; facilius vitari possunt quam interiora, deniq; non licuit mentis libertatem humanę potestati subditam esse vt etiā eius interiora ei subijciantur quę nosse nō pōt etiā si pręsens assit, cum tamen quęuis occulta opis exterioris cognoscere posset si pręsens esset. Quod autem arguitur ꝗ lex huma

na non debet oĩa peccata punire, hoc ingenue conceditur sed propterea non sequitur quin ecclesia possit generali censura quędam peccata prorsus occulta multare, Igitur nec debet nec potest ecclesia peccata omnia prorsus occulta per censuras generales punire, vt sunt leuia minoraq; peccata, sed debet ea diuino iudicio relinquere attamen peccata valde grauia pōt huiusmodi pœnis plectere pręsertim quādo proximis nocent & deum vehementer prouocant. Interest enim ecclesiæ ne peccata huiusmodi inulta maneant quandoquidem si licenter & impune admitterentur, citius ira diuina in rempublicam excitaretur. Quod quidem ecclesia pro ratione impedire, & quod in se est facere gestiens non tātum orationes fundit & admonitiones cōminationes, terroresq; adhibet, sed prohibitiones quoq; & cēsuras generales contra grauiora scelera prorsus occulta nōnunquam addit, præsertim cum percipit alia remedia nō proficere, Sed magna (fateor) in hoc negocio discretione opus est ne pro medicina venenū propinetur, & delinquentes occulti potius saucientur quam sanentur. Ad vltimam obiectionem negatur q̀ huiusmodi potestas sit potius in destractionem quā in ædificationem. Et cū dicitur, vsus eius frequentius esset noxius quam vtilis, Negatur si de vsu discreto & licito intelligatur. Talis eñ vsus licet p̄ accidēs in negligētibus & cōtemnētibus noci-

ius esse possit, non tñ p se noxius est, ideo nec vsus discretus est improbandus nec potestas a qua ꝓficiscitur vellicãda, sed tantũ vsus indiscretus & illicitus qui nõ est prelatis concessus. Et cũ iterũ obiicitur multi nõ possẽt qñq; sue saluti & fame cõsulere, quia non possent absq; sue famæ iactura absolutionẽ a talibus cẽsuris cõsequi. Respõsio. Imprimis nullus tenetur ꝓpter cẽsuras gñales excõicationis suspensiõis & irregularitatis (quibus secũdũ hãc opinionẽ ecclesia ligate potest delinquentes prorsus occultos, crimem prorsus occultũ publice ꝓdere nec malã de se opinionẽ & suspitionẽ palã generare. Et nihilominus põt quisq; sue saluti & cõsciẽtie ꝓuidere, si discrete ꝓcedat vt decet. Etenĩ quãtũ ad excõicationẽ gñaliter latã pertinet, si excõicati prorsus occulti nõ possint seipsos a cõmunione fideliũ separare nisi crimen occultũ publice ꝓdẽdo & palã de se malã opinionẽ siue suspitionẽ pariẽdo, nõ tenẽtur tunc seipos separare: qñ nõ debẽt semetipos scãdalizare siue defamare. At vero si hoc possit absq; defamatiõe & scãdalo, tenenẽ se a ceteris separe quoad absolutionẽ cõsequuti fuerit. Quãtum vero ad absolutionẽ ptinet, putãt nõnulli delinquẽtes ꝓrsus occultos a suis p̄latis absolui posse, nec tales casꝰ rationabiliter reseruari posse ꝓpter incõueniẽtia multa q̄ ex reseruatiõe sequerẽt. Dici tñ aliter põt qñ pctõres prorsꝰ occulti nõ possũt papã adire nec absolutionẽ sine defamatiõe & scãdalo sui cõmode cõseq, tũc a

ſuis dioceſanis abſolui poſſunt. Quod ſi eos ali quam ob cauſam per ſe adire nequeant tūc eo rum curati debent poteſtatem abſoluendi ab ipſis epiſcopis petere tacita tamen perſona de linquentis occulti. Et ſi forſan (quod abſit) ſuperiores huiuſmodi facultatē tribuere nolint, poſſunt ipſi delinquentes in hoc caſu per curatum ſuum abſolui. Non enim obnoxia eſt neceſſitas huiuſmodi reſeruationibus. Nec propter traditiones & obſeruationes hominū debet impediri ſalus animarum. Quo ad diſpenſationē, ſi forſan ea ſit opus, dici poteſt diſpēſationem pœnitentialem ſufficere quę per ꝓprium ſacerdotem effici poteſt quemadmodū ſentire videtur gloſſa decreti. l. diſtinctione. c. ſacerdotes. Si eſt, inquit, occultum poteſt ſine diſpenſatione poſt pœnitentiam. Cui accedere quodāmodo videtur Antonius de butrio. c. ex tenore de temp. ordi. Vbi loquens de delicto graui inducente irregularitatem & ſuſpēſionem quando eſt omnino occultum, dicit in hunc modum mouendus eſt ſed non omnino compellendus quia reliquitur in tali ſuę ꝯſciētię, ſed certe etiam monendus eſſet vt in ſuſceptis non miniſtraret niſi dicatur qꝫ acta pœnitentia diſpenſetur in occulto, hęc ille. Sufficit igitur in talibus prorſus occultis diſpenſatio pœnitentialis quę per curatū fieri poteſt præſertim quando nec ſuperior adiri nec aliter fie

ti poteſt ſine ſcandalo & defamatione peccatoris prorſus occulti, Quod autē aliqui dicūt diſpenſationem iudicialē in talibus eſſe neceſſariam, ſi de iudiciali & publica intelligant, toto errant celo, ſi de iudiciali & ſecreta quę fit extra forū pœnitentię, nō ſūt audiendi ſi generatim loquantur, tum quia ſufficit ſi quis per ſuperiorē in foro pœnitētię pro talibus diſpenſetur, tū etiā quia ſi delinquēs occultus nō poſſit adire ſuperiorem, vel ſi poſſit nō pōt tñ ſine ſcandalo & defamatione diſpēſationem cōſequi, tunc nō tenetur talem petere diſpenſationem. Igitur ſi dictum eorū verum ſit debet particulariter intelligi, quando ſcilicet diſpenſatio cōmode poteſt ſine detrimento famę haberi, Ex quibus collige maiorē eſſe ptātē eccleſię ī pręcipiēdo & ꝓhibēdo q̄ ligādo ſeu puniēdo qm̄ in ꝓrſus occultis ꝑcipere & pōt prohibere & tamē nō poteſt ligare ſeu punire niſi tātū per cēſuras. Sed de his hactenus dixiſſe ſufficiat.

CAPITE NONO incipitur agi de ſecūdo genere occultorū ſcz de ꝓprie occultis & aliquibus præfatis generatim dicitur eccleſiam habere ptātem in huiuſmodi occultis, & obiectiones aduerſę diluuntur.

IAM VERO PERGAMVS ad aliud genus occultorū ſcz ad ea quę vocamꝰ proprie occulta. Hęc eñ ſūt que ab aliquo

alio q̃ suo auctore sciũtur & ĩ hoc a prorsus occultis differunt, attamen nec plene nec quasi plæne, nec semiplene ꝓbari queũt, nec vlla de ipsis est fama saltem verisimilis seu legitima nec presumptio siue suspicio vehemẽs quę saltẽ semiprobationẽ faciat, nec factũ quoq; ẽ notoriũ seu diuulgatum, & in hoc differũt a ptim occultis, & similiter a pœne siue improprie occultis. vt e sequentibus elucescet. Huius autẽ generis diuersi sunt modi Interdũ enim opus siue factum tãtũ ab aliquo secrete scitur, sz auctor ipse prorsus ignoratur. Aliquando aliquis vnus nouit auctorem & factũ simul sz ipse ab auctore lesus siue offensus est, vel socius siue particeps est criminis. Nõnũq̃ vero aliquis solus nouit qui nec offensus nec socius est operis, sz tamẽ nec legitimus testis esse nec plenã nec semplenã ꝓbationem facere potest. Deniq; aliquoties nõ scitur ab vno solo, sed ab aliquibus qui secretum tenent, sed tamẽ ipsi vel sic iũcti nec plænã nec semiplenã probationẽ facere queunt sed tãtũ aliqualem præsumptionẽ siue suspitionẽ quæ semiꝓbatiõi non equiualet. Si eñ per eos probatio vel semiplena fieri posset non esset ꝓprię occultum, sz ad aliud genus occultorũ ptineret de huiusmodi aũt proprie occultis primũ generatim deinde speciatim tractare nobis certũ est. Quod vt cõmodius fieri queat nõnulla prælibẽda sũt. In primis supponẽdũ ẽ quũ queritur an ecclesia seu ecclesię prelati ptãtem habeant ĩ proprie

occultis,triphariā in gn̄e intelligi posse scz primo quo ad ptātem mere p̄ceptiuā,secūdo quo ad ptātē p̄ceptiuā reuelationis,tertio quo ad ptātē correctionis vel punitiōis i foro interiori & exteriori. Si agatur de ptāte mere pręceptiua qua scz p̄cipitur aliquid fieri,vel fieri phibetur simpliciter sine adiectione poene & censurę canonice,nō ita magna difficultas ē. Quo ad ptātē vero p̄ceptiuā reuelatiōis.i.qua pręcipitur reuelatio hmōi occltorū multiplex difficultas multiplexq; sensus insurgit,vnus est an ecclię p̄lati possunt præcipere in foro exteriori reuelationē eorū quę pctā nō sunt, & si pctā sunt, venialia sunt,siue mortalia non existūt. Alter sensus est an possunt pręcipere reuelatiōem pctōrū latentiū quo ad forū interiorē seu poenitētialē. Et hic sensus subdistinguēdus est siquidē vnus sensus esse pōt,an valeāt p̄cipere pctōri vt peccata p pte occulta reuelet ī cōfessiōe sacramētali. Alter sensus est an possint p̄cipere cōfessori vt pctā sibi in cōfessione detecta manifestet. Tertius sensus principalis est de reuelationē secretorū quę extra cōfessionē alicui dicta sunt,an scz possint p̄cipere p̄lati vt ea quę sub sigillo secreti cōmissa sūt reuelentur. Quartus sensus est de reuelatiōe eorū quę p modū secreti tradita non sūt,an possit p̄lati p̄cipē vt ī foro exteriori pēdātur,& hic sēsus subdistinguēd⁹ ē qa vel itelligitur de foro publico vel de foro secreto in quo aliquid dicit̄ p̄lato siue supiori, vt priuate persone, vel de

foro quasi medio siue mixto in quo quicquam dicitur prelato nō vt priuatę persone sed tanquam prelato siue iudici, nō tamē palā siue ī foro publico sine secreto semotisq; arbitris, vt scz prelat⁹ ipse dispenset vel ab aliqua cēsura absoluat, vel aliquid aliud id genus secrete faciat. Deniq; quātū ad ptātem punitiuā p quā scz aliqua pœna imponitur intelligi potest de foro interiori & exteriori. Et iterū quātum ad forū exterius potest intelligi de pœna pecuniaria, corporali, vel spūali sz in pręsēti negocio potissimū quęstio est de pœna spūali & fori exterioris canonica & sic est sensus, an prælati possint pœnis spūalibus & canonicis punire pctā proprie occulta sine delinquētes proprię occultos. Et hic sensus subdistinguendus est quia vel intelligitur de pœna generaliter lata, an scz prælati possint facere cōstitutiones vel etiam sententias generales ferre quibus afficiātur delinquētes proprie occulti vel intelligitur de pœna quę noīatim & pticulariter fit in aliquē an videlz possint pro pctis pprie occultis aliquē noiatim & pticulariter excōicare suspēdere vel aliqua alia pœna afficere, vl tertio intelligitur an possint alicui pręcipere vt pœnā a claue siue a iure impositā priuatim ferre habeat. Deīde supponēdū ē quę sint crimina siue peccata criminalia de quib⁹ in sequentib⁹ frequēs sermo habendus est, Crimē enim multi

phariã accipi poteſt. Primo quidã latiſſime ꝑ oĩ pc̃tõ ſine mortali ſiue veniali graui aut leui quo pacto ſumitur dũ dicitur nemo ſine crimine viuit. Secundo capitur late pro pc̃tõ ex deliberatione procedẽte ſiue ſit mortale ſiue veniale. Hoc modo capit hieronym9 in epiſtola ad titũ dicẽs. Criminis appellatio alias late patet cõplectens omne pc̃m̃ quod ex deliberatione proceſſit. Tertio capitur minus late pro pc̃tõ quod vel ſemel cõmiſſum ſufficit ad ęternã dãnationẽ ſiue procedat ex electione ſiue ex ignorantia ſiue ex infirmitate. Hoc mõ crimen & pc̃m̃ mortale idẽ ſibi volunt. Quarto capitur proprie pro pc̃tõ mortali tm̃ quod accuſatione & dãnatione dignũ ẽ, i. quod ab homine accuſari & dãnatione iudiciali damnari poteſt, & hoc pacto omne crimẽ, mortale peccatũ eſt, ſed non ediuerſo. Nonnulla em̃ ſunt mortalia q̃ ꝑprie crimina nõ ſũt. Que aũt ſũt proprie crimina, dicetur in ſequentibus. Quinto capitur. Reſtricte pro peccato criminali tm̃ quod infamiã irrigat, vel promotionẽ aut executionem ordinis etiã poſt peractam pœnitentiã impedit. Et hoc mõ capitur a paulo in epiſtola ad titũ dicente oportet ep̃m ſine crimine eſſe. In ſequẽtib9 autẽ crimẽ nec primo nec ſecũdo mõ capictur. His pręfatis nũc tãtũ gñatim agentes & propõnẽ generalẽ ponẽtes dicamus eccleſiã habere ptãtẽ in proprie occultis: ſiue ſermo ſit de ptãte mere præceptiua qua

ſcz pręcipitur aliquid fieri,ſiue agatur de ptā te qua ꝑcipitur aliquid reuelari ſiue mētio ſit de ptāte correctiua ſeu punitiua. Attamē non eādem nec ita plenā ptātem indifferēter in oīb9 habet, q̄admodum ex ſequētib9 eluceſcet. Ex quo ſane conficitur eos grauiter hallucinari qui dicūt eccleſiā nihil habere ptātis niſi in ijs quę manifeſta ſunt aut quę iuridice ꝓbari queūt,hoc eñ falſū eſt,quod & in ſequētib9 ſpeciatim improbabitur.Sz cōtra hāc propoſitionē generalē obijci pōt. Imprimis huiuſmo di ptās nullū habet ſacris in literis fundamētū hoc eſt ex ſacra ſcriptura ꝓbari nō poteſt. Eccleſiā aliquid habere ptātis in ꝓprie occultis: quoniā ſi ſic maxīe probaret̄ ex loco illo euāgelico,q matthęi.18.habetur:in quo xp̄s ꝑceptū dedit de correctiōe fraterna At hoc nō,qa cū ptāte iuriditiōis quę ibidē eccłię ꝑlatis tribuitur,etiā datur modus ſeu forma q̄ ſit vtēdū hmōi ptāte.Hoc ē ſi pctōr ſe nō emēdauerit ad ſecretam monitionem tunc adhibendus eſt vnus teſtis vel duo,& tandem eccleſię denunciandus eſt.At hoc locū non habet in proprie occultis quoniā periculoſe exponeret, temere q; ageret qui ī pctis pro prie occultis teſtes adhiberet,& pręlato inquātū ꝑlato denūciaret ſaltē publice ꝑſumeret,igitur ex illo proceſſu euāgelico non pōt colligi ptās ſup ea q̄ ꝓprie occlta ſūt.Reſpōſio.Locus ille euāgelicus ſatis latebroſ9 ē,q loco apto poſtmodū excutiet̄

vberi9. Impsentiarū aūt breuiter dicif locū illū ꝯueniēter exponi posse de penę occultis quæ scz probari queūt. Siquidē in eis testes adduci possunt qui fcm̄ nouerūt & denūciatio etiā publica eccle siue plato fieri valet & tandē si peccator eccl'ia nō audierit hoc ē si ad admōitionē & iussū plati se corrigere noluerit, pōt eū platus p cēsurā ecclesiasticā ab aliis segregare, vt sit tāquā æthnicus & publican9. At hęc expositio nō facit ad propositum de quo nunc agitur Igif de proprie occultis quæ probari nequeūt locū illū exponētes dicim9 ipm i eis sanę intelligi posse quo ad primā eius partē videlz secretā monitionē quæ semper est pmittēda quādo profutura speraf, ita ꝙ nō licet eā ptermittere quādo certitudinaliter aut verisimiliter speraf per ipam emendatio pctōris occulti. Atuero si emendare noluerit, nō est procedēdū in istis occultis ad testiū inductiōez & publicā denuntiationē. qm̄ testiū inductio tunc periculosa esset, & denunciatio quoq; publicę admitti nō dz vt sequētia declarabūt. Sed & quis tn̄ possit secreta denunciatio fieri plato vt patri bonoq; viro qui scilicet prodesse possit nō obesse, nullā tn̄ censurā propterea ferre pōt in delinquētem sic occultū, licet quidem senserūt prælatum posse ipsum secrete excōmunicare, sed hoc falsū est, quod & in sequentibus reprobabitur. Eamobrē videtur prima fronte nihil potestatis saltē iurisditionis datū fuisse prelatis eo loco euangelico

ſuper ea ſed proprie occulta ſunt. At nihilominus trita ſequētes veſtigia dicamus in illis verbis & ſequentibus quibus dicitur. Amen dico vobis quęcunq; alligaueritis ſuper terrā erūt ligata & in cęlo, multiplicem poteſtatem iurisditionis in foro exteriori datam eſſe prelatis ecclesię. Data etenim eſt eis poteſtas cognoſcēdi de criminibus quę iuridice cognoſci poſſunt, data eſt etiā ptās poſt cognitionē ſpāliter ſententiandi, Itē pœnā inferendi ꝯtra non obedientes. Deniq; data eſt poteſtas ꝯſtitutiones ſiue ſtatuta faciendi, & ſententias quoq; & cēſuras generales ferēdi quib⁹ etiā ligari poſſunt delinquētes ꝓprie occulti. Eſto igitur nō poſſit omne genus ptātis eccleſiaſticæ in proprie occultis excerceri, aliquod tñ genus ī eis locū habere pōt, & hoc ſufficit. Sed alteā adamus obiectionē. In multis iuris canonici locis expreſſe dicit̃ eccleſiā non ſe intromittere de occultis, At nō pñt iura ipſa melius aptiuſq; intelligi quā de occultis quę iuridice ꝓbari nō pñt, cuiuſmodi ſunt ꝓprie occulta. Igitur in huiuſmodi occultis eccl̃ia nihil habet auctoritatis. Confirmat̃, Iura quędam de occultis loquentia dicūt ſi exceſſus delinquētiū eſſet manifeſtus, ipſi puniēdi forēt vt patet diſtinctiōe 32. c. erubeſcant, & de tēpo. ordi. c. ex tenore, & de ſimonia. c. ex tuis literis, igit̃ a cōtrario ſenſu quādo exceſſus nō ē manifeſtus nō ſunt

delinquẽtes feriẽdi ecclesiastica censura, Itaq; nõ habet ecclesia potestatem in occultis ꝑser tim quo ad cẽsuras ferẽdas, qm̃ nec manifesta sunt nec ꝓbari quoq; pñt. Responsio iura illa quę dicũt ecclesiã de occultis se nõ intromitte re intelligẽda sunt quo ad forũ publicũ siue cõ tentiosum, qm̃ nihil debet ibi ventilari nisi sit manifestũ aut certe debite probari queat, vel intelligitur de cẽsura particulari quę fertur in aliquẽ noĩatim, Nullus em̃ pctõr tali cẽsura feriẽdus est, nisi ꝯfessus, vel cõuictus, vel dep̃ hẽsus siue notorius sit. Alij vero delinquẽtes nõ possunt tali cẽsura ꝑcelli. Ad cõfirmationẽ cõcedit̃ assumptũ sed loquũtur ipsa iura de pu nitiõe particulari & ꝑcise cõpulsiua non autẽ de generali & indeterminata, Itidẽ ꝯcedit̃ ꝯse quẽs, & prima cõsequẽtia si de cẽsura quæ fit particulariter & noĩatim intelligat̃, sed nega tur ꝙ ecclesia nihil habeat ptãtis in occultis, qñquidẽ nõ sequit̃ si ecclesia nõ possit aucto ritatis aliquod genus in occultis excercere ꝙ nullum possit hoc em̃ falsum est. Sed alia subij ciat̃ obiectio. Non põt ecclesia siue p̃latus ea quę ꝓprie occulta sunt ad suũ forum siue iudi ciũ traducere, igit̃ nõ p̃t de ipsis iudicare, nec pœnã siue cẽsurã pro ipsis inferre. Cõfirmat̃ delinquẽs nõ efficit̃ ecclesię subiectus propter delictũ ꝓprie occultũ, qm̃ ecclesiã ipsam nõ turbat nec scãdalisat per huiusmodi peccatũ,

Respōsio. Hic supponēdū est quid sit forus & similiter quid iudiciū quātū ad pręsens attinet negociū. Forus est loc⁹ vbi ius reddit̃, de quo & agitur titulo de forō ꝯpetēti, forus enim cō petēs est siue cōpetentia fori dicit̃ qñ quis ibi iuridice ꝯueniri pōt. At forū in neutro gñe est territoriū cuiusq; iudicis infra quod pōt in fa cinorosos animaduertere. Diuidit̃ aūt forus in forū pœnitētialē, ꝯtētiosum, & mixtū. Forus pœnitētię est in quo de pctīs siue negocijs cō sciētię secretissime agit̃. Cōtētiosus est in quo lites discutiunt̃ & ius quoq; redditur aut certe reddi debet, & ī hoc tātū manifesta iudicant̃. Et licet ad ipm deducant̃ interdū quę manife sta nō sunt nō tñ debēt nisi quę probata sunt ibi iudicari. Mixtus forus est qui quodāmodo pticipat de vtroq; videlicet de pœnitētiali in quātū publicus nō est, de ꝯtētioso inquātū p̄latus siue iudex in eo ꝓcedit vt iudex. Siquidē quod in tali foro dicit̃ p̄lato, nō dicit̃ vt priua te psonę sed vt iudici, nec tñ palā, vt fieri so let in foro publico siue ꝯtētioso. Sed iam tāga mus de iudicio q̄ qdē licet capi possit ꝓ discre tiōe, ꝓdeliberatiōe, ꝓ auctoritate, ꝓ pœna & ꝓ assensu tñ a iuristis capit̃ ꝓ īstātia causę & ꝓ partibus eius, siue pro discussione causæ quę corā iudice iuridice fit, capitur etiā ꝓ loco in quo iudex iuris reddēdi gratia ꝯsistit. Diuidit̃ aūt iudiciū iuridice captū triplici diuisiōe, Pri ma in iudiciū crimīale, ciuile, & mixtum. Cri=

minale est quũ agitur de crimine criminaliter.i.quando directa via deducitur crimẽ ad iudiciũ vt puniatur pœna ordinaria siue secũdũ naturã & qualitatẽ delicti siue pœna fisco siue pti sit applicãda. Ciuile ẽ qñ nõ agit̃ ad crimẽ siue nõ ꝑceditur sic ad pœnã. Mixtũ est qñ agitur de crimie ciuiliter. Secũda distinctiõe diuidit̃ iudiciũ in ordinariũ,& extraordinariũ,& mixtũ,cuiusmodi ẽ iudiciũ siue ꝑcessus qui fit ꝑ inquisitionẽ. Nã diuersis respectibus ordinariũ & extra ordinariũ dici põt. Tertia diuisiõe iudiciũ diuidit̃ in pœnitẽtiale,ꝯtẽtiosum,& mixtũ,quẽadmodũ de foro dictũ ẽ. Sic ergo iudiciũ trifariã mixtũ dici p̃t vt ex dictis videre est. Hęc aũt diuisio iudicij vltima magis ẽ ad ꝑpositũ quẽadmodũ & diuisio fori. His p̃fatis respõdet̃ ad obiectionẽ negãdo ꝯsequẽtiã, quãquã enim nõ p̃nt eccl'ię p̃lati ea q̃ proprię occulta sunt ad foiũ ꝯtẽtiosum traducere nec ibi iudicio p̃ticulari iudicare,ea q; nominatim p̃uire,p̃nt tñ iudiciũ generale de ipsis facere scilicet iudicando illa esse pctã quę pctã sunt,& pœnas siue censuras gñales ferre in eos q talia cõmiserũt. Talib⁹ eñ cẽsuris afficiunt̃ delinquẽtes etiã si pctm̃ sit occulte ꝯmissum vt postea probabit̃. Ad ꝯfirmationẽ negat̃ assumptũ,& quãuis nõ scãdaliset ecclesiã actu per graue crimẽ occulte ꝯmissum scãdalũ tñ plęrũq; facit ei qui peccatũ eius nouit. Item peccatũ ipsum ex sua grauitate est

ſcandaliſatum, ſi ita loqui licet, & ſæpe detrimenta diuinitus inferuntur pro delictis præſertim quæ grauia ſunt idcirco volens eccleſia diuinam iram euitare & ſaluti animarum prouidere cenſuras generales facit quibus afficiũtur delinquentes etiam occulti, vt & reſipiſcant & dño placeãt & ꝓximis a ſe leſis ſatiſfaciãt. Sed tandem adhuc vna proferatur obiectio. Nihil auctoritatis habet eccleſia in prorſus occultis ſaltem probabile eſt dicere pro quorumdã opinione, nihil in eis poteſtatis habere igitur & de proprie occultis ita ſentiendum videtur. Tum quia ſunt eiuſdem rationis quo ad poteſtatem eccleſiaſticam. Tum etiã quia nihil eſt quod maiorem tribuit eccleſiæ poteſtatem in his quam in illis, Quod enim cognoſcuntur ab aliquo præter auctorem ſuum nihil facit, quoniã huiuſmodi cognitio ſecreta nõ tribuit eccleſiæ auctoritatem. Reſponſio. Negatur aſſumptum ſi intelligatur de omni iudicio ſiue foro, quoniam in foro pœnitentiali poteſt de ipſis iudicare, & pœnã quoq; ſatiſfactiuam imponere quãdo reſerãtur, vt decet. Si vero de foro exteriori capiatur põt ſecũdũ aliquos admitti, licet oppoſitum verius putetur. Attamen conſecutio nullius eſt momenti, quoniam proprie occulta non ſunt eiuſdem generis cũ prorſus occultis, Eamobrem non poteſt probabiliter teneri de proprie occultis, quod nõnulli probabiliter

tenent de prorsus occultis, Et quum dicitur co gnitio secreta non tribuit ecclesiæ auctoritatem, verum est per se, sed tamen per accidens tribuit saltem vt per cēsuras generales punire possit delinquentes proprie occultos, quoniam delictum proprie occultū transit in cognitionē alterius & plerunq; in detrimētum eius. Igitur quia spiritualiter proximo nocet inquātū scandalisat vel scandalū parere valet aut detrimentum ei corporale vel tēporale facit, merito pōt ecclesia de tali seipsā intromittere, Et quāquā secreta cognitio nō tribuit per se auctoritatem illa tamen cognitio in hoc suffragatur quemadmodum si quis peccet coram duobus qui legitime testificari possunt: cognitio quidē eorū non tribuit per se iudici auctoritatem, sed tamen per accidens tribuit inquantum potest tunc crimen ad iudicium deduci & puniri, vt decet. Itaque peccata exteriora quæ transiunt in notitiam alterius quā sui auctoris subsunt ecclesiæ potestati quam dedit illi deus quia vidit ita expedire rei christianę, & animarū saluti, Et quāuis nō omnis ecclesiastica potestas ī eis exerceri possit genus tamē aliquod in eis locum habet. vt postea dicetur vberius.

Capite decimo agitur de potestate ecclesię mere præceptiua et specialiter de potestate præceptiua reuelationis proprie occultorū quę peccata saltē grauia nō sunt.

IAM vero discutiamus peculiariter quid possit ecclesia in proprie occultis. Et primũ agamus de potestate meræ preceptiua qua scilicet præcipitur aliquid fieri: vel fieri pœna prohibetur non adhibita aliqua censura ecclesiastica. Deĩde de potestate qua p̃cipitur reuelatio eorũ quę peccata nõ sunt, vel si peccata sint, leuia existunt, & propterea famã non lędũt. His enim expeditis agamus de potestate preceptiua reuelationis eorũ peccatorũ quę grauia sunt, famãq; lædunt quũ rescniuntur. Igitur presens negociũ tribus propõnibus absoluamus, quarũ prima sit huiusmodi potestatem merę preceptiuam habet ecclesia super ea quę proprie occulta sũt sic scilicet ꝙ eius precepta non solũ publicæ sed etiã occulte seruãda sunt, hoc est priuatim facienda sunt quæ iubet, & vitanda quę prohibet, itaq; trãsgrediens p̃cepta huiusmodi etiam occulte reꝰ peccati efficitur. Enimuero tenentur fideles festa ab ecclesia instituta non solum palã sed etiã priuatim obseruare & ab opibus seruilibus abstinere. Itidem cũ ecclesia ipsa prohibeat ęsum carnium feria sexta, nõ solum publicũ sed etiã occultũ ęsum prohibere credenda est. Igitur tali die vescens carnibus grauiter preuaricatur. Adde cũ ecclĩa ipsa liget in prorsus occultis vt superius dictũ est, eadẽ rõne vel potiori profitẽdũ est eã ĩ proprie occultis obligare. Et si dicat aliquis, ecclĩã nõ põt ĩ trãsgressores ꝓprie occultos aĩaduer

tere. Igitᷣ nõvideᷣ ecclie pcepta ad ꝓprie occulta extendi debere, qm̄ friuolũ est prohibere ꝙ puniri a prohibẽte nõ põt. Respõsio. Põt ecclesia p se vel sponsum suũ trangressores proprie occultos punire. Et huc quidẽ satis ẽ ad hoc ꝙ pcepta eius ligẽt occultos trãsgressores, qñquidẽ spõsus ecclesię pcepta hmõi probat. Etenim ecclĩam suã alloquẽs, ĩqt, ꝗ vos audit me audit &qui vos spernit me spernit. Itaq; trãsgressiões pceptorũ suę sponsę etiã occultos haud dubie punit. Et quãquã friuolũ ẽ pcepta facere quorũ trãsgressiões nec p ipm̄ pręcipiẽtẽ nec p aliũ ꝗ suppleat eius vices, puniri queũt friuolũ tamẽ nõ ẽ quãdo p aliũ ęque bñ puniri valẽt. Secũda propositio. Põt interdũ ecclesia siue prelatus astrĩgere subditũ ad reuelãda in foro exteriori ꝓprie occulta quę pctã nõ sunt, & famę per se nõ derogãt. Etenim si quisquã occulte mutuũ alteri dederit vel depositũ cõmiserit, tenetur a plato debite interrogatus veritatẽ dicere. Itidẽ qui ei⁹ rei cõscius est hoc est qui vidit vel alias nouit debet veritatẽ ꝓdere si per platũ interrogetur. Cũ enĩ nulli⁹ fama in hoc p se lędatur, & tacere veritatẽ proximo detrimẽtũ adferat, tenetur is q̃ cõscius est occultũ hmõi reuelare. Sed dices si depositari⁹ neget depositũ p reuelationẽ hmõi lęditur fama ipsius, igitur nõ debet reuelare qui ꝯscius est. Negatur ꝙ proprie siue p se fama lędatur p hmõi reuelationẽ. Et

causa ratiõabili suggerẽte astringere ad occul ta venialia in foro exteriori reuelanda quando eorum manifestatio nec famã ledit nec detri⸗ mẽtum aliquod probabiliter est allatura. Et enim in religiõibus probe directis per statuta primũ astringũtur religiosi palam dicere pctã quędam venialia quę occulte admiserunt vt est fractio silentij & alia id genus. Et ipsi quoq; fratres nõnunquã in zelo & charitatis feruo⸗ re culpas aliorũ etiã occultas in capitulo pro⸗ clamãt siue proponũt. At nõ apparet statuta hmõi esse rõni aduersa quę de culpis venialib⁹ loquũtur. Quum enim i manifestatione hmõi non sit læsio famę nec aliud quicquam quod rõni dissentiat, non videtur quin licite fieri pos sit maxime quando nullũ timetur detrimẽtũ propterea cõsecuturũ. Porro non plus hoc vi detur illicitum esse quã protestari verbo vel fa cto se pctõrẽ esse. At hoc licitũ est. Etenĩ qui palã confiteor dicit, verbo protestatur se pec casse. Similiter qui cõfessum vadit, facto prote statur se peccasse. Quũ igitur ad hęc agenda possit ecclesia astringere, videtur etiam ad pu blicã venialiũ manifestatiõem quãdoq; obliga re posse. Neutrũ enĩ horũ fame detrahit quo⸗ niã hoc est profiteri quod omnibus mortalib⁹ cõuenit. Siquidẽ pctõres sumus omnes. Et si dixerimus quia peccatũ non habemus nos ip sos seducimus & veritas in nobis non est, sed

dices, esto possit quispiam obligari ad pecca ta in genere manifestanda puta ad dicendum se corde, ore, & opere peccasse non tamẽ astrĩ gi posse videtur ad ea peculiariter & palam re tegenda. Item vel posset ecclesia ligare ad om nia venialia palam manifestanda vel non, at neutrũ dari posse videtur. Responsio potest ad vtrũq; fieri obligatio si causa rationabilis assit & discrete fiat. Alioqui fieri non debet. Nõ eñ debent vel possunt obligare prælati ad omnia venialia publice reuelanda quoniam hoc esset facere sarcinã grauiorẽ quã decet. Nec etiã ad reuelanda passim. Leuissima queq;, quorũ sci licet reuelatio nihil fructus adfert. Nec ad pu blice quoq; prodenda venialia grauiora quę quodammodo famę detrahunt vt sunt illa quę propinquę disponunt ad mortale vel ratione magnitudinis vt mendacium, detractio, vel ratione cõnexionis cum mortali vt colloquiũ lasciuum, tactus impudicus: & alia id genus quę quamuis possint interdum secrete præla to reuelari non tamen in publico proponenda sunt, quando proprie occulta existunt. Sed ta men possunt prælati ad quędam mediocria ve nialia palam detegẽda astringere quando nec diffamatio, nec aliud detrimentũ cuiquam ex reuelatione infertur, & cã rõnabilis suggerit puta quum fit pro cõseruatiõe alicuius cõgre gationis vel status. Sic enim religiosi secũdum

ordinationes suorũ superiorũ palam seipsos re
phendunt de fractione silentij quã cũ sociovel
alio fecerunt. Fractio enim silentij temere fa
cta multum statui religionis offici præsertim
si frequens vel assidua fuerit. Eamobrẽ puni
tur grauius apud quosdã quã peccata quedã
grauiora. Cur ita? Nempe q plus nocet obser
uancie regulari, idcirco grauius punitur ꝓpter
cõsequẽtiam quę inde cõsequi posset. sed iterũ
dices. Interdũ ex hmõi reuelatiõe occultorũ
præsertim quę fit de pctis alienis excitantur
indignatiões. inimicitię impaciẽtię & alia id ge
nus. igitur nõ debent subditi ad hęc agenda p
cepto vel statuto astringi maxime cũ iure diui
no nullus teneatur fratrem suũ de hmõi venia
lib9 corrigere. Responsio, si fieret lex vniuer
salis in republica xpiana de hmõi occultis pa
lam reuelãdis, nimis onerosa esset & plus quo
q; turbatiouis quã cõmoditatis adferret. At ve
ro in aliqua cõgregatiõne pticulari vel ordine
religioso põt statutũ fieri vel cõstitutio de re
uelandis hmõi venialibus occultis quorũ reue
latio & repręhensio ad cõseruandam salutem
& cõitatem multũ cõducit, verũtamẽ in culpis
alienis publice proponendis maiore discretio
ne opus est q̃ in proprijs palã profitendis qm̃
ibi maius periculum imminet. Eamobrẽ nõ de
bet quisquã grauem alterius culpã in publico
ꝓponere nisi eã ꝓbare possit. Sed & venialia

quę mediocria sunt & famę nō detrahunt, nō debet aliquis sine discretiōe proponere pręser tim quę occulta sunt idcirco potius sunt prælato cōgregatiōis secrete dicenda quam publice proponenda. Possent tamē in casu cōsētētię prelato palā proponi, sed discretione opus est quādoquidem rari sunt qui publicis repręhēsionibus bene vtantur vbi culpe manifeste nō sunt.

CAPITE VNDECIMO tractatur de potestate præceptiua reuelationis proprie occultorū quo ad forū intrinsecū & discutitur an ecclesia possit pręcipere reuelationē seu cōfessionē pctōrū venialiū in ipso foro interiori.

SED PRAEDICTIS breuiter expeditis tractemus de potestate præceptiua reuelatiōis quo ad forū intrinsecū siue pænitentialē, & quatuor punctis rē absoluamus. Primum est an ecclesia possit pręcipere reuelationē occultorū venaliū in ipso foro interiori. Alterū an possit pręcipere vt idē peccatū mortiferū bis in confessione retegatur. Tertiū an possint superiores quosdā casus p̄sertim occultos reseruare quę scz in confessione reueletur. Quartū an possit sacerdos p pręceptū superioris vel alias impelli ad reuelandū pctm̄

ſibi in confeſſione detectũ. Quo ad primũ pũ ctum videtur eccleſia hoc facere ratiõabiliter poſſe imo de facto per c. omnis vtriuſq; ſexus feciſſe. Siquidem ibi iniũgitur vt quilibet adul tus omnia pctã ſua ſaltem ſemel in anno fide liter confiteatur. Qui enim dicit omnia nihil excludit. Si igitur eccleſia cõfeſſionẽ venialiũ reipſa pceperit, nulla heſitatio eſſe debet quin potuerit. Pro huius negocij diſcutione impri mis ſupponendum eſt trifariã poſſe intelligi quẽpiam teneri ad reuelãda peccata venialia in foro interiori ſcz vel ad reuelandũ in gene rali tantum, vel in ſpãli ſed per accidens puta quando dubitatur de pctõ veniali an ſit mor tale, Licet particulariter & per ſe ſiue directe. Deinde ſupponendũ eſt tribus modis intelli gi poſſe confeſſionẽ venialiũ in ſpãli eſſe neceſ ſariam, Primo quidã ꝙ ſit ad ſalutẽ conſequẽ dã abſolute neceſſaria itaq; nõ poſſit haberi ſa lus ſine confeſſione venialiũ peculiari. Secun do ꝙ ſit neceſſaria ad remiſſionẽ ipſorũ ita ꝙ ſine confeſſione huiuſmodi dilui non poſſũt. Tertio ꝙ ſit neceſſaria ad ſatiſfaciendũ prẽce pto eccleſie, & cõſequẽter ad vitandũ trãgreſ ſionis piaculũ. His ſuppoſitis nõ ẽ magna dif ficultas an eccleſia poſſit ad venalia generali ter cõfitẽda ligare. Si quidẽ ad ea vel publice cõfitenda obligare põt imo reipſa obligat, igi tur ad ea ſecrete, vel priuatim cõfitẽda poteſt

terum si nullum sit statutũ ad hoc astringens, an possit ab ecclesia fieri. Quantum ad primũ variæ fuerũt opiniones. Quidam dixerũt eos qui peccata venialia cũ mortalibus simul habent, teneri ad mortalia non autẽ ad venialia semel in anno confitenda. Sed si venialia tãtũ habeant, ad eorum cõfessionem semel in anno faciendã per statutũ ecclesię obligari. Et hãc opinionem refert beatus Thomas in scripto. Cui & ricardus assentire satis aperte videtur. Sed eam scotus sufficienter reprobat. Quum enim in statuto ecclesiæ dicatur omnia peccata sua vel igitur ly oĩa distribuit tam pro mortalibus quam venialibus simul, vel solum pro mortalibus vel tantum pro venialibus. Ridiculum est dicere quod pro venialibus tantũ, hoc est ꝙ statuto ecclesię teneatur cõfiteri tãtũ venialia. Si distribuit ꝓ mortalibꝰ dũtaxat, igitur ꝑ statutũ ecclesię nõ est impositũ onꝰ venialia ꝯfitendi. Si ꝓ mortalibus & venialibus simul, tũc ad cõfessionẽ vtrorũq; statutũ ecclię astringeret, qđ tñ hęc opinio inficiat. Alii vero nihil agẽtes de eo qui mortalia & venialia cõmisit, ſ3 de illo questiõem faciẽtes q tm̃ venialia habet dixerũt ꝯfessionẽ venialiũ esse quidem in consilio sed nõ in precepto regulariter quantũ est ex parte peccati venialis in casu tamen dicunt eos qui tantũ venialia peccata cõmiserunt ad ea semel in anno confitenda obligari sç3 ꝓpter statutũ ecclię qđ habetur i.c. oĩs vtriusq; sexus

dam accedat. Negatur aſſumptũ,imo põt ac-
cedere p̃ſertim ſi nullum inde ſcandalum oria
tur vel aliqua peculiaris obligatio eum nõ li-
get. Cęterũ vt alia opinio ſubnectat̃, dixerũt
nõnulli eũ qui peccata mortalia & venialia cõ-
miſit per accidens & ratione coniunctiõis cũ
mortalibus teneri ad ipſa venialia confitenda
Sed hęc opinio falſa & irratiõabilis eſt impri
mis nec diuino nec eccleſiaſtico iure tenetur
quiſquam cõfiteri venialia iuncta mortalib9.
Non quidam iure diuino quia nullibi legitur
obligatio huiuſmodi,nec ex contentis in ipſo
iure diuino poteſt in bona conſequentia dedu
ci. Nec etiã iure eccleſiaſtico,quoniã iure ca-
nonico non cauetur de confeſſione venialium
quando mortali iuncta ſunt. Nec per capitulũ
prefatum omnis vtriuſq; ſexus de pœni. & re
miſ. Poteſt huiuſmodi obligatio probari quan
doquidem nullus interpres adhuc inuẽtus eſt
qui dixerit eum qui venialia cum mortalibus
commiſit teneri ad confeſſionẽ peculiarẽ ipſo
rũ venialium. Sed & qui vellet hoc modo in-
terpretari,directe faceret contra intentionem
pię matris eccleſię q̃ nouũ onus ſuperaddere
nõ voluit,quę inquam nõ intẽdit tradere quic
quam communitati fidelium quod communẽ
facultatem excedat queadmodum videre eſt
in ieiunijs & alijs pœnalib9 ſtatutis. Atqui ve-
nialia ſingula toto anno commiſſa ſpeciatim

confiteri communem hominum facultatẽ trā‑
scendit. Porro non solum onerosum & diffici‑
le sed etiā impossibile foret omnibus fere pec‑
catoribus qui tantum semel in anno confiten
tur singula venialia confiteri, partim ob multi
tudinem ipsorū, partim propter memorie la‑
bilitatem partim propter ignorātiam quoniā
& multa committuntur quę minime cognoscū
tur hinc ꝓpheta inquit, delicta quis intelligit?
Atuero nec deus nec ecclesia vnquam intēdit
ad impossibile communitatem christianorum
obligare. Sed & vbi reperirentnr ꝯfessores qui
sufficerent ac vellent ꝯfessiones tam prolixas
tam onerosas tam fastidiosas audire? At hæc
opinio hmōi ꝯsuetudini ꝯmuni aduersatur. Si
quidē nec ꝯfessores de venialibus interrogant
nec pœnitentes venialia confitentur. Si igitur
hæc opinio vera foret oēs hallucinarent̃ oēsq;
periclitarentur, & solus sic opinans salutē ꝯse
queretur Et quis hanc ferat temeritatē Præ‑
terea opinio hmōi ꝯfessionē alias difficilē sine
causa facit difficiliorē humanisq; virib⁹ impor
tabilem, quū tamen nihil oneris sit addendum
cōfessioni sacramētali nisi illud aperte probari
possit ne scilicet cōfessio ipsa reddatur odiosa
& argumētum quoq; tribuatur falsis xp̄ianis
ei detrahendi. Adde ꝙ nihil debet asseri neces
sariū esse ad salutē nisi vel ratione cog ente vel
manifesta auctoritate mōstrari possit, At nihil

tale eſt in propoſito quandoquidem nec ratio habetur quę ſit alicuius momẽti, nec auctoritas quoq; adeſt, ſed ediuerſo famoſi doctores expreſſe dicũt in hoc caſu nõ eſſe neceſſariam confeſſionem venialiũ. Quid plura? Si opinio huiuſmodi vera eſſet, populo prędicari deberet quoniã ea populo ſunt prędicanda quæ ad eum pertinent & neceſſaria ſunt ad ſalutẽ. At hoc non ſine magna fieret temeritate quandoquidem & ſeditionẽ excitaret & ſcrupulos pareret innumerabiles & conſcientias in maxima, lugiq; tribulatione conſtitueret. Sed & is qui prędicaret, ad palinodiã canendã haud dubie ꝯpelleretur. Deniq; ſi opinio hmõi veritati ꝯſentanea foret ſequeret̃ ſi is qui toto anno ſine mortalib9 vixit & circa finem quadragesimę in mortale peccatũ laberetur, teneret̃ omnia venialia quæ in anno commiſit peculiariter in feſto paſche confiteri rõne ꝯiunctionis cũ illo mortali peccato. At hoc falſum eſt, quia mortale pctm̃ ſupueniẽs nõ inducit nouã niſi tm̃ ꝓ ſe obligationẽ. Tũ etiã ꝯtingere poteſt vt pctã illa venialia p feruorẽ charitatis & alia idgen9 quo ad culpã & pœnã remiſſa ſint Igitur nõ indiget ille qui ea ꝯmiſit recõſiliari ęccleſię quippe qui eam non offendit nec ei9 inimicitiã pp venialia ꝯtraxit. Sed forſitã hęc opinio itelligit de venialib9 ꝯmiſſis ab eo q in pctm̃ mortale iã lapſus ẽ. S; hęc euaſio nlli9

est momēti, quoniam per rationes supradictas satis confutata est. Adde quod post confessionē de mortalibus factā potest secure pœnitens ad eucharistiam accedere quoniā suscipere eā pōt quē mortalia peccata non grauāt vt sancti doctores astruunt. Tū etiam pœnitens post cōfessionem mortalium absoluēdus est etiam si peccata venialia confiteri non vult, puta quia trita sectatus vestigia nec suum nec confessoris sui caput in venialibus referendis fatigandū putat. Et profecto qui talem absoluere nō vellet indignus esset cōfessiones audire. Tum etiam si ille post confessionē pctōrū mortaliū tantū, rebus humanis excederet: non dānaretur qm̄ omne illud a se abstulit qđ eū a charitate separabat & dānatione perpetua dignū efficiebat. Item coniunctio illa accidentaria non variat naturā peccati venialis, Igitur nō facit ipsum dignum alia pœna quā si ipsum solū esset. Alioqui deus plus puniret quā natura siue qualitas pcti mereatur. Deniq; nulla est apparētia dicere quod debite cōfessus de mortalibus omnibus, perpetuo dānetur, propterea quod nō fecerit cōfessionem venialiū peccatorum presertim quādo ex contemptu nō omittit. Sed dicet aliquis qui mortalia venialiaq; cōmisit tenetur nō tantum de mortalibus sed etiā de venialibus cōteri seu pœnitere igitur & cōfiteri, quoniā cōtritio siue pœnitentia confessionem includit, probatur as-

ſumptum quia ciuili offenſe debetur aliqua e-
menda, pro omni autem peccato ꝑ quo debe-
tur emenda neceſſaria eſt pœnitentia. Item vo
luntas per motũ vitioſum obligata non poteſt
rectificari niſi per motum contrariũ igitur pro
remiſſione venialium opus eſt pœnitentia.
Reſponſio. Negatur imprimis aſſumptũ ſi cõ-
tritio vel pœnitentia proprie deſumatur, neq;
enim virtus, neq; ſacramẽtum pœnitentię exi-
gitur ad peccatum veniale diluẽdũ, quoniã &
poſt hanc vitam remitti poteſt per ſatiſpaſſionẽ
& in vita ꝑ ſolutionẽ pœnæ tẽporalis pro ipſo
debite, quæ quidem ſine pœnitentia proprie
ſumpta aliquando fieri põt. Nec obeſt prima
probatio, quoniã licet cuilibet offenſæ debea-
tur emenda, nõ tñ oportet omnẽ emendã, fieri
per cõtritionem ſiue diſplicentiam formalem
offenſæ, quandoquidem fieri nõnunquam po-
teſt emenda culpæ venialis per feruorem cha-
ritatis, interdum per actũ aliquem meritorium
maxime ſi ad remiſſionem culpæ ordinatur A-
liquando etiam fit per ſatiſpaſſionem vt in pur
gatorio. Denique fieri poteſt per ſolutionem
pœnæ temporalis ſibi correſpondentis quæ
ſecundum probabiliorem opinionem poteſt
etiam fieri ſine charitate ſiue manẽte peccato
mortali. itaque non eſt neceſſaria pœnitentia
ꝓprie dicta pro diluẽdis venialibus. Sed tamẽ
capiẽdo pœnitentiam improprie pro ceſſatiõe

voluntatis a complacentia peccati. Fatendum est pœnitentiam exigi ad dilutionem venialiũ quoniam peccatũ veniale non dimittitur quã-diu per actum complacentiæ in voluntate te-netur, sed ex hoc non sequitur ꝙ displicentia semper requiratur ad remissionẽ culpæ venia-lis. Ad alteram probationem quãuis voluntas obliquata siue auersa a fine vltimo non possit regulariter rectificari nisi per motũ contrariũ, quiquidem est displicentia illius obliquitatis, non tamẽ oportet quãdo obliquatur aliquantu lum in progressu ad finem. Tunc eñ alis mul tis modis rectificari potest scilicet per feruorẽ per opus meritorium, per satispassionem, vel per solutionem pœnæ sibi debitæ. Siquidem pœna est reordinatiua culpæ. Sed dices, Nõ remittitur peccatum veniale in hac vita nisi ꝑ actum displicentiæ formalem vel æquiualen-tem, puta per feruorem charitatis vel actum aliquem acceptum siue meritorium. Igitur pœnitentia explicite vel implicite seu ęquiua-lenter exigitur ad venialium remissionem sal-tem in hac vita mortali. Respõsio. Esto graues doctores ita sentiant dicentes per orationẽ do-minicam, aquam benedictam non remittun-tur venialia nisi inquantum excitant motum displicẽtiæ aut feruorem charitatis quæ displi-centiam implicat: nobis tamen alis dicendi modus potius arridet quod videlz non tantũ

illis modis ſ; etiam aliis (qui dicti ſunt) poſſit veniale peccatum dimitti, præſertim quum nihil aliud videaẽ culpæ venialis dimiſſio quã ſolutio pœne tomporalis debite pro eo. Et nihilominus ſi diceretur veniale peccatum non dimitti ſine diſplicentia ſeu deteſtatione explicita vel implicita, non tamen propterea ſequitur confeſſionem ſacramentalem devenialibus neceſſario fieri debere, quandoquidem non eſt neceſſaria confeſſio niſi de illis peccatis de quibus facienda eſt reconſiliatio deo et eccleſiæ, cuiuſmodi ſunt mortalia peccata. Non igitur opus eſt omnem diſplicẽtiam peccatorum habere confeſſionem ſacramentalem in voto, ſed hoc tantum verum eſt de diſplicentia illorum peccatorum quę charitati aduerſantur & naufragium inducunt. Non igitur neceſſe eſt neceſſitate abſoluta deteſtari vel confiteri venialia pro ſalute conſequenda quia ſimul ſtare cum gratia poſſunt & mortem non inducunt. Nec ſimiliter pro dilutione eorum neceſſe eſt neceſſitate conditionali ſiue ex ſuppoſitione ea confiteri, quoniam aliter dimitti queũt etiam in hac vita. Nec demum opus eſt ea cõfiteri pro obſeruatiõe cõſtitutionis eccl'iaſticæ quia nec ad contritionẽ nec ad confeſſionẽ venialiũ ꝓprie aſtrĩgit ſtatutũ eccleſiaſticũ vt ex p̃dictis liquet, ſed queras ſi nõ ſit neceſſe venialia

peculiariter confiteri, an vtile sit & expediens ea in confessione detegere. Respondet panor: cum glo. in. c. omnis vtriusq; sexus consilium bonũ esse vt quis ea confiteatur si recolit pręsertim si deducta sint in consuetudinem seu inueterata, quia vt dicit augustinus, Nullum est peccatum adeo veniale quod nõ fiat mortale dum placet. i. dum assumitur in ꝯsuetudinem. Sed nec dictum huius canonistæ nec interpretatio eius apta videtur. Non enim passim conueniens est consulere vt singula queq; venialia q̃tumuis leuia quis confiteatur, quia alijs modis facilioribus dilui possunt, & cõfessio huiusmodi tedium pareret sacerdoti. Sanũ tamẽ est consilium de venialibus grauibus mõ fiat discrete. Interpretatio quoq; verborum augustini quam facit ipse Panor. falsa est. Nũquam enim Augustinus intellexit quod iste interpretatur scilicet quod frequentia siue consuetudo peccandi venialiter mutet veniale in mortale hoc enim falsum est. Etenim si primum peccatum est veniale etiam quod libet aliud sequẽs eiusdem speciei veniale est: dictũ igitur augustini scilicet quod veniale fit mortale dum placet, intelligitur primo quando placet vt dei offensiuũ absq; alio quocumq; motiuo siue allectiuo ad peccandũ vt exponit gerson, vel secũdo quando placet non qualibet placẽtia sed ea qua voluntas in eo quiescit tanquam in fine,

vel tertio intelligitur de peccatis quæ sunt venialia propter deffectum pleni cõsẽsus. Si enim talibus accedat consensus plenus efficiuntur mortifera. Non aũt intelligitur de quolibet genere venialiũ, hallucinatus est igitur panormitanus qui et alia multa friuola falsaq; ponit in expositione pręfati capituli, puta ꝙ die resurrectionis debeat recipi corpus Christi ad satisfaciendũ eccl'iæ & quod satisffit ecclesiæ si recipiatur die cœnevtrũq; enim dicit ipse. Itẽ quod habens licentiam eligendi confessorem debeat confiteri ei qui habet curã animarũ nec sufficit simplici sacerdoti confiteri. Item quod imminẽte necessitate si laico cõfitendũ. Similiter quod confessio potius instituta est quadam generali traditione ecclesię. Item quod gręci nec confitentur nec ad confessionem obligantur. Item quod peccatum commitendum in confessione detectum potest confessor reuelare & alia idgenus quę doctis Theologis potius dimittere debuisset. Cęterum discutiẽdum est an ecclesia possit statuto vel pręcepto ligare populũ Christianum ad confitenda particulariter peccata venialia. Et breuitur dicitur hoc per se siue directe facere non posse. Imprimis data est ecclesię potestas in ędifficationẽ & nõ in destructionem. Atuero potius esset destruere quam ędificare si tale pręceptum vel statutum cõitati fidelium imponeretur. Deinde non potest ec-

clesia materiã sacramenti pœnitentię mutare sine spirituali dei reuelatione quia hoc esset sa‑cramentum ipsum(cuius confessio ipsa quodã modo pars est)partim immutare scilicet faciẽdo de materia non necessaria materiam pœnitentię necessariam, Materia enim penitentiæ necessaria,est peccatum mortale, non autem veniale quantum est ex institutione ipsius pœnitentiæ. Porro non potest ecclesia fidelibus tradere præceptum vel statutum nimis one‑rosum & quod nulli vel paucissimi obseruare possent. Atqui præceptum vel statutum de venialibus particulariter confitendis esset fidelibus supra modum difficile & onerosum quod & paucissimi implere possent vt satis notum est. Quum etiam fragilitati humanæ impossibile foret peccata venialia toto anno commissa particulariter confiteri, Eamobrem non potest ecclesia tale præceptum vel statutum fa‑cere. Sed dices. Potest in aliqua congregatio‑ne tale statutum vel præceptum fieri. Igitur & in tota congregatione fidelium, Responsio esto possit fieri statutum consultorium & ex‑hortatiuum de venialibus grauibus confitendis in aliqua particulari congrægatione vel statu. puta quod fiat de grauioribus venialibus confessio antequam sacramentum altaris suscipiatur non tamen potest fieri statutum proprie præceptiuum propter causas modo

dictas. Et tamen si fieri posset, nihil obest pro posito nostro quando quidem nulli obligaren tur tali statuto nisi volentes scilicet qui sponte tale statutũ susciperent. At propterea non se quitur quod inuitis talis sarcina per se & dire cte per ecclesiam imponi possit. At dices rur sus, bonum ac licitum est venialia confiteri, igitur ad hoc ecclesia ligare potest. Admisso antecedente (si seruetur discretio) Negatur hu iusmodi consecutio, quoniam non potest ad oẽ licitũ obligare saltem præceptiue. Sed adhuc dices quomodo igitur pastor cognoscet vul tum pecoris sui si nec teneatur, nec obligari possit ad venialia particulariter confitenda. Responsio satis cognoscit vultum si subditus se sistat coram eo tempore pręfixo, eiq; dicat se non habere conscientiam peccati mortalis ĩ foro enim pœnitentiæ credendum est confitẽ ti tam pro se quam aduersum se loquenti.

CAPITE DVODECIMO agi tur an ecclesia precipere possit vt de codẽ pec cato præsertim occulto fieri debeat iterata re uelatio in foro pœnitentiali.


ED ALTERVM punctum aggrediamur an scilicet ecclesia præcipere possit vt de eodẽ peccato iterata fiat cõfessio, siue vt peccatũ quod aliquis rite confessus est, teneatur iterũ cõfiteri. Et videtur ecclesia hoc facere posse, quia bonũ est eadẽ peccata pluries cõfiteri. Citiꝰ enim ac facilius veniã meretur qui peccatũ suum pluries in confessione detegit. Pro responsione supponendum est bifariã intelligi posse, quod aliquis peccatũ iã cõfessum de necessitate teneatur iterũ confiteri. Imprimis quod teneatur absolute. Hoc est quod siue voluntanea propriaq; obligatione ad hoc teneatur de necessitate salutis. Altero modo quod teneatur obligatione voluntaria scz qui ad hoc libere se obligauit vel etiã sponte se subiecit statuto siue ordinationi ad hoc obligandi, siue statum assumpsit in quo talis ẽ obligatio. Deinde supponendum est aliquem posse, cõfiteri & ab solui sacramentaliter duobus modis in genere. Vno modo rite siue decenter, puta quum veram, integram, ac debite circunstantionatam facit cõfessionem sacerdoti qui eum rite absoluere potest & reuera absoluit. Altero modo dum cõfessionẽ facit inualidam, aut absolutionem suscipit insufficientẽ. Efficitur autem confessio inualida ex parte cõfitentis quũ per ypocrisim aut humanam ve-

recundiam confeſſionem diuidit vel ſecũdo dũ proprie fictus eſt hoc eſt complacentiam habet ĩ peccatis admiſſis vel propoſitũ habet poſteà non abſtinendi ſed adhuc peccãdi vel tertio dum per obliuionem vel ignorantiam affectatã ſeu craſſam peccata quedã mortalia nõ confitetur, vel quarto dũ abſolutionis capax non eſt puta ſi ſit excommunicatus. Ex parte quoq; confeſſoris inualida eſt abſolutio, quando alienus eſt hoc eſt iuriſdictionem nõ habet in ipſum confitentem. Item ſecũdo quando ſacerdos ipſe manifeſte canonicum habet impedimentum puta excommunicatus vel ſuſpenſus eſt deniq; ſi notabiliter ignar9 eſt puta nõ nouit ea quę communiter ſciũtur nec ſcit a qui bus abſoluere debeat pręſertim ſi confitens ĩtã tam eius nouit ignorantiã. His pręfatis reſpõdeamus per propoſitiones, Prima eſt, poteſt obligari imo reuera obligaturis qui rite confeſſus vel abſolutus non eſt, eadem peccata iterũ confiteri, niſi forte ad primum confeſſorem rediret & vterq; tunc indoneus & capax eſſet abſolutionis, hoc eſt ſi ſacerdos conferre & confitens ſuſcipere poſſet hæc propoſitio non indiget operoſa probatione quoniam a Theologis paſſim conceditur. Quod aũt aliqui dicunt iterãdam eſſe confeſſionem quando ſatiſfactio per obliuionem vel negligentiam impleta nõ eſt, vel in peccato mortali eſt effecta. Falſum

ac friuolum est,& ab ijs dictum qui sarcinam pœnitentię faciunt grauiorem quam opus sit. Verum cum obligatio iterande confessionis in casibus prædictis potius sit secundum legem rationis & conscientiæ quam ecclesiæ, Idcirco prædicta propositio directe non pertinet ad præsens institutum in quo proprie loquimur de potestate ecclesiæ. Secunda propositio potest aliquis sciens ac volens obligari ad peccata ipsa rursus confitenda a quibus rite confessus & absolutus est. Enimuero scienti ac volenti non fit iniuria præsertim quum pctōrū mortaliū ꝯfessionē iterare nō solū licitū sed etiā cōsultū & vtile sit mō discrete fiat. Tertia ꝑpositio. Nullus obligatur nec obligari quoq; ꝑprie pōt inuitus per humanā ptātē ad eadē peccata rursus ꝯfitēda de quibus rite ꝯfessus & plene absolutus est. Et huius quidē opinionis est Ioannes gerson sup marcum lectiōe secūda dicēs eū qui vere sacramētaliter absolutus est nō posse absq; ꝯsensu ꝑprio obligari rursus p hominē sacramētaliter eadē peccata ꝯfiteri. Cōcordat Ioānes de turre cremata de pœnitentia distinctiōe prima.c. quē pœnitet. Astipulatur durandus in quarto distin. 27. Consentiunt & dionisius cistercien. & alij recte sentientes quibus & ratio multiplex suffragatur. Imprimis si quisquam obligaretur

ad iterandam confessionem rite factam tunc confessioni sacramentali derogaretur quia innueretur quod confessio rite facta suum plæne effectũ non operatur vt po te quę non de obligat hominem a præcepro dei quod est de confitendo peccato. At hoc absurdum est, quoniã per confessionem rite factam absoluitur confitẽs a debito cõfitendi sic ꝙ amplius confiteri non tenetur. Alioqui nũquã posset quis ab huiusmodi debito de obligari, quoniam nec per secundam vel tertiam confessionem de obligaretur. Deinde non potest sanæ iustitui quod vergit in iniuriam sacramenti. Atuero si præciperetur iteratio confessionis. & consequenter sacramẽti, fieret iniuria sacramẽto, quia videretur sacramẽtũ rite collatum non esse sufficiens. Si enim sufficiens est, quur ergo iterari præcipitur super eandem materiã & personã Tertio nullus potest obligari ad cõfitenda peccata quę nõ habet, alias innocẽs posset obligari ad confitenda peccata que non fecit sed rite confessus plænæq; absolutus scilicet quo ad deum & ecclesiam nulla habet peccata. igitur nõ potest per quẽpiã mortalem ad cõfessionẽ peccatorum iterandam astringi. Quarto qui corporaliter ligatus non est siue qui a vinculis solutus est, non potest amplius ab eisdem vinculis solui nisi rursus ligaretur (qui enim soluere rursus eum vellet opus esset imprimis

iterum eum ligare, Igitur qui ſpiritualiter ligatus non eſt ſiue qui a vinculis peccatorum per abſolutionem ſacramentalẽ plene ſolutus eſt, non poteſt ab eiſdẽ vinculis ſolui quia nullus ſoluitur niſi ligatus. Quinto non ſanæ põt in ſacramentis eccleſię remediũ addi ſuꝑfluũ, quod ſaltem ſit alicuius apud deum momenti ſiue quod adeo probetur. Si enim natura nihil facit fruſtra multo fortius is qui eſt auctor naturę & ſupra naturã ipſam nihil fruſtra facit. Atuero ſi præcipitur iteratio confeſſionis eorumdem peccatorum, remedium ſuperfluũ adderetur, quoniã prima confeſſio cum abſolutiõe rite facta fuit remedium ſufficiens & efficax ad diluendum cuiuſuis culpę reatũ. Nec valet dicere ꝙ ſecunda confeſſio prodeſſe poteſt ad remittẽdum quicquam pœnę reſiduę. quoniam pro multorum opinione ſacramẽtũ pœnitentię non eſt iterabile quo ad eandẽ materiã & perſonã igiꝰ virtute ſacramẽti nihil de reſiduo pœnę remitti poteſt. Sed & ſi cõcedatur virtute ſacramenti iterati aliquid pœnę dimitti poſſe, nõ ſequitur ꝓpterea eccleſiæ prælatos obligare proprie poſſe ad peccata iterũ confitenda a quibus quis ſacramentaliter abſolutus & deo ac eccleſiæ plene recõſiliatus eſt, quoniam alijs modis facilioribus poſſunt reliquiæ peccatorum tolli. Et temerarium eſt ſarcinam grauiſſimam imponere quando nec ra-

tione nec auctoritate sufficienti probari potest huiusmodi potestatem hominibus concessam esse. Denique eodem modo dici posset prelatos obligare posse ad eadem peccata decies imo quoties eis placeret confitenda. At hoc ridiculum est quum vel semel confiteri sarcina difficilis esse iudicetur quę temere augenda non est. Sed obiiciet aliquis, si quis habens casum episcopo reseruatum suo curato confiteatur tenetur per statutum ecclesiasticum idē peccatum rursus episcopo confiteri igitur potest aliquis ad eadem peccata rursus confitenda per legem seu constitutionem humana astringi. Responsio nihil obest prędictis huiusmodi obiectio q̄n quidē confessus curato de casu reseruato non plene absoluitur ab eo quo ad omnes effectus absolutionis sacramentalis quippe qui non plene reconsiliatur ecclesię Cum autem dicimus neminem inuitum posse obligari per legem humanam ad idē peccatum rursus confitendum intelligimus de illo qui rite confessus & plene absolutus est ab eo qui potestatem habet, Potest etenim rite confessus & absolutus iterum confiteri si velit. sed quod ad id obligari queat inuitus non videtur rationabile vt ait durandus in. 4. distinctione 17. Sed dices Confessus priuilegiato & ab eo plene absolutus, tenetur iterum eadem peccata suo confiteri parocho vt satisfaciat precep

pto concilij generalis. Responsio. Si rite confessus pleneq; absolutus est, non tenetur suo plebaico eadem peccata rursus confiteri. Nec cōcilium generale sanę intellectum hoc dicit. Et nihilominus si teneatur sic confessus iterū curato eadem peccata confiteri nihil prædictis aduersatur quoniam sponte sua tali sarcinę se facit obnoxium. Non enim astringitur priuilegiato confiteri igitur si cōfessionem iterare pigeat, suo plebaico cōfiteatur vel ab eo licentiam petat. Hoc enim pacto ab omni se discrimine liberabit. Sed obijcies iterum. Non nulli religiosi prælati per sua statuta subditos astringunt ad sibi cōfitenda semel in anno peccata omnia quæ super annum confessi sunt cōfessoribus ad audiendas cōfessiones deputatis Huiusmodi autem statuta nō videntur a ratione abhorrentia, cum pastor tenetur vultum sui pecoris agnoscere, Responsio in nonnullis religionibus per modum consilij & admonitionis cauetur vt monachi confiteantur vniuersaliter quando & religionem ingrediūtur, & superior mutatur. Et hoc quidem consilium salubre est si tamen discrete fiat nec vllum propterea detrimentum scrupulositatis vel lesionis cerebri consequatur. Atuero præceptū facere de iteranda confessione quę rite facta

est, ineptum videtur. Huic dionisius cistercien sis abbates sui ordinis quondam vellicauit qđ suos subditos astringerent ad peccata sibi rursus confitenda a quibus per deputatos absoluti fuerant. Qui igitur hoc faciunt, potestate abutuntur & subditis quoque non satis perspiciunt. Etenim vel rite absoluuntur a deputatis sic scilicet quod deo & ecclesiæ sufficienter reconsiliantur, vel non, Si detur primum cur ergo eos ad tantam sarcinam hoc est ad iterandam confessionem astringunt, quis hāc eis dedit potestatem. Si detur alterum. Cur igitur permittunt sic absolutos quotidie celebrare? Non enim capaces sunt tanti sacramenti nisi plene absoluti sint, hoc est nisi deo & ecclesiæ per absolutionem sacramentalem sint plene reconsiliati. Etenim quando haberi potest absolutio plena quæ non solum deo sed etiam ecclesiæ prorsus reconsiliat, opus est eā precedere celebrationē misse. Alioqui peccant qui sine tali recōsiliatione celebrare pręsumunt quando commmode haberi potest. Porro quid causę est cur tanta tantaq; grauis sarcina subditis imponit̃. Si dixeris, vt pastor vultum sui pecoris agnoscat, hoc non satis est, Tum quia nō pręcipitur illis verbis vt pastor suum gregem per confessionem sacramentalē

cognoſcat quoniam necdum erat huiuſmodi confeſſio inſtituta quum verba illa a prophęta dicta ſunt. Tum etiam quia impoſſibile multis paſtoribus foret gregem ſibi commiſſum hoc pacto cognoſcere, quandoquidē propter multam copiā non poſſent omniū ſubditorum cōfeſſiones audire. Tum quia ſufficit partē oneris viris idoneis cōmittere quando totum onus paſtor ipſe per ſe ferre non poteſt. Quum igitur ſubditi ſūt per deputatos idoneos rite abſoluti, quid vult pręlatus iterum abſoluere? & onus grauiſſimum ſuis ouibus imponere? videtur ergo potius in hoc quędam curioſitas vel onero ſa temeritas quam pia neceſſitas. Denique nullus diceret quo d plenę abſolutus a vicario curati & de licentia eius, teneretur eidem curator oīa rurſus confiteri quę vicario cōfeſſus eſſet & tamen tenetur curatus vultum ſui pecoris cognoſcere igitur ratio illa nihil concludit. Et nihilominus ſi ſtatuta hmōi rationi ꝯſentanea forēt, nihil prędfatis aduerſantur quę dicunt hominē inuitum non poſſe humanā poteſtatem ad iterandam confeſſionem rite factam aſtringi. Nō enim loquimur de his qui ſponte hoc faciūt vel qui ad ſtatuta quibus hoc cauetur obſeruanda ſponte ſeipſos obligarunt. Si enim impellantur confeſſiones ritę factas iterare, ſibi ipſis imputent qui talem ſarcinam ſuis humeris ſponte impoſuerunt & religionem profeſſi ſunt in quã

tales obseruantur adinuentiones, quanquã nõ videntur superiores a temeritate prorsus immunes, qui hoc in grauamen subditorũ faciũt.

CAPITE. 13 .agitur an ecclesia possit occulta peccata reseruare.

IAM VERO TANGAMVS tertiũ pũctum quod est de reseruatione casuum. In quo primitus animaduertendum est casuum reseruationem multas difficultates & nodos vix extricabiles peperisse. Siquidem ad casuum reseruationem sequitur, vt videtur, cõfessionem esse iterandam saltem in parte vel diuidendam: & absolutionem quoque sacramentalem de omnibus peccatis ab eodem minime fieri posse sed diuidi debere, quæ videntur absurda. Porro multę opiniones ex tali reseruatione suborte sunt quæ difficultatem augent, vnde durandus.c.4. distinctione decima septima quatuor modos dicendi reffert quorum tamen nullo contentus est & nihilominus tãdem nihil dicit quod pene sit alicuius momenti. Eamobrem non paruam difficultatem habet presens negocium. Quod tamen excutere cupiẽtes aliqua supponamus oportet. Imprimis casuũ reseruatio multis modis fieri potest. Primo quidem non ad absolutionem in foro pœnitentiali tribuãdam. sed vt peccatores casum reseruatum habentes coram superiore se sistant vt pœna taxetur siue imponatur pro casib9 re

ſeruatis, vel vt detur eis conſiliũ vel remediũ, quod ſuperiores chriſti melius facere norunt, vel vt magis refrenetur peccãdi licentia ꝓpter maiorem ſcilicet erubeſcentiam maioremq; laborem & difficultatem quę habetur in adeundo ſuperiores. Verum hic modus reſeruationis non eſt vſitatus, Eſto enim propter ea quę dicta ſunt ſoleant grauiores caſus reſeruari, non tamen ſi treſeruatio niſi vt ſequatur abſolutio, quoniam vſus communis eſt vt ſuperior cõfeſſionem caſuum reſeruatorum ſaltem audiat. ſacramentaliterq; abſouat & pœnitentiam imponat. Secundo modo poteſt fieri caſuum reſeruatio quantum ad ſententias ſiue cẽſuras canonicas peccatis annexas vt ſcilicet habeatur recurſus ad ſuperiorem pro abſolutione cõſequenda ab huiuſmodi cenſuris tantũ, non autẽ ab aliis culpis ſiue peccatis. Tertio modo põt fieri reſeruatio quo ad peccata ſiue culpas quibus nulla eſt annexa cenſura vt habeatur in foro pœnitentiali abſolutio. Et hoc quidem contingere trifariam poteſt ſecundum tres effectꝰ ſacramẽtalis abſolutionis. Primus eſt peccata remittere quo ad reatum culpæ, ſi per contritionem præuiam diluta non ſint. At hunc effectum quidem non tribuunt abſolutioni ſacramẽtali dicentes virtutẽ clauium non ſe protendere ad remiſſionem culpæ vel remotionẽ eternę

pœnæ verum nos quod verisimiliter videtur sectantes putamus nonnunquam virtute sacramentali culpam remitti, quando scilicet non pręcessit contritio. Secundus effectus est remittere partem pœnæ temporalis in quam debitum eternæ pœnę commutatum est. Quũ enim deus peccatum dimittit, & a debito perpetuæ pœnæ absoluit. Pœnitentem inquam obligat ad pœnam aliquam temporalem in hoc seculo vel in purgatorio exolutionis sacramentalis debite suscepte pars illius pœnæ debite remittitur etiam ex vi operis operati. Tertius effectus est ecclesiæ reconsiliare. Etenim per quodlibet peccatum mortale separatur ab eccclesia peccator, quo ad susceptionem sacramentorum ita quod ei non licet accedere nisi peccatum sit ei remissum non tamen per contritionem quæ deo reconsiliat sed etiam per absolutionem sacramentalem que reconsiliat ecclesiæ & capacem facit susceptionis sacramentorum, si tamen absolutionem huiusmodi habere queat. His præfatis rem ipsam quibusdem propositionib⁹ absoluamus. Quarum prima sit huiusmodi. Si reseruatio casuum primo tantum modo fieret nullũ efficeretur foro pœnitentiali detrimentũ, nec angustiæ quoq; vlle siue difficultates inde pro-

uenirent. Non enim propterea opus esset con fessionē iterare vel dimidiare, Nec absolutionem quoq; diuidere oporteret sed satis foret se superiori sistere casumq; reseruatum extra confessionem pandere & eius consilium, iudicium seu remedium accipere, Verum vt diximus hic modus reseruationis ab ecclesia non vsurpatur. Sed & fieri non potest reseruatio ꝑ pœna taxanda siue imponenda si scoto creda tur quoniā non potest secundum eū sacerdos ligare pœnitentem ad pœnam nisi sponte illā acceptet. Frustra igiᷣ fieret reseruatio ad hūc finem. Sed opinio aduersa. Lōge probabilior est dicens confessorem posse taxare siue impo nere pœnam ipsi pœnitenti quam & tenetur acceptare si rationabilis sit & commode eā fa cere queat, certe aliquam vel exiguam pœnā pœnitens suscipere debet. At nihilominus nō solet fieri reseruatio pro taxanda pœna dūtaxat, sed etiam pro absolutione impartienda. Secunda propositio reseruatio casuum secundo modo facta videtur rationi consentanea pręsertim quo ad publica siue manifesta peccata. Et hoc modo quondam vsa est romana ecclesia quę nunquam sibi retinuit (vt ait durandus) absolutionem ab aliqua culpa directe sed tantū absolutionem ab excommunicationibus siue censuris & dispēsationem in votis, irregularitatibus, & aliis idgenus quę quidem

extra forum pœnitentialem fieri possunt eam= obrem nullum fit præiudicium foro pœniten= tiæ per huiusmodi reseruationes, quoniam ha= bita absolutione seu dispensatione huiusmodi, possunt inferiores ab omnibus culpis pœniten tes absoluere. An vero ecclĩa Romana vtaẽ hoc tp̄e tantũ p̄fato reseruationis modo, mihi cōp= tum nō est. Tertia propositio reseruatio casuũ tertio modo fieri non potest quoad primum sa cramentalis absolutionis effectum, quandoqui dem absolutio ipsa non valet quoad huiusmodi effectum dimidiari. Nō potest (inquam) primũ effectum habere super aliquod peccatũ quin habeat super singula. Cur ita? Nēpe quod non potest de lege remitti vnũ peccatum mortale quoad culpam quin remittantur singula. Infi delitatis enim species ē dimidiã a deo separare veniam. Etenĩ vt versiculus ait. Aut nihil aut totum te pœnitente dabit. Non enim remitti peccatum vllum potest quin infundatur gra tia. Si igitur peccatum aliquod mortiferum re mitteret sine alio tunc gratia gratificãs staret cum letali piaculo, quod fieri non potest. Sed obiicet aliquis. Si reseruatio peccatorum non possit hoc mō fieri nec absolutio sacramētalis quoad hoc dimidiari, igitur oporteret eum qui tantum attritus est & casus reseruatos cũ nō re seruatis habet, si suo curato confiteatur, de om nibus confiteri debere vt scilicet ab omnibus

absoluatur, sed hoc non, quia frustra fit ei confessio a quo non speratur absolutio, itaq; inane est de reseruatis absolutionem o a plebano sperare, Responsio tutius est eidem de omnibus peccatis cõfiteri. Siquidem etiam a reseruatis curatus absoluit quantum ad primum absolutionis effectũ si admittatur. Quod aũt aliqui dicunt eum qui scit se casum reseruatum hābere nõ teneri suo curato ipsum cõfiteri, sed posse non reseruata ei confiteri, casum vero reseruatum superiori dicere absq; dimidiatione cõfessionis vitiosa, non probat durandus, At mihi lonimus hoc probabile est præsertim tenendo sententiam magistri & antiquorũ dicentiũ claues non se extendere ad culpam quoad reatũ pœne eterne sed peccata omnia dimitti virtute contritionis quę absolutionem sacramentalem secundum eos precedere debet, Eamobrẽ potest & confessio & absolutio dimidiari quo ad alios absolutionis effectus veruntamẽ quũ nullus peccator de lege communi certo scire possit an sit vere contritus vel tantum attritꝰ, longe tutius est vt omnia dicat eidem confessori, quatinus omnia eius peccata quo ad culpã per absolutionem sacramentalem diluantur, & si tantum sit attritus, virtute sacramẽti fiat vera contritio, hoc inquam longe tutius est Et si obijciatur, absurdum est dicere quod aliquis teneatur de peccato aliquo cõfiteri sacer-

doti qui nō pōt eū de illo absoluere quum propter absolutionē fiat peccati cōfessio. Respondetur, hoc esset absurdum si prorsus certum esset absolutionem nihil posse operari siue nullum habere posset effectum. At hoc certum nō est, imo probabile est absolutionē ipsam quicquā operari si materiā dispositā inueniat. i. si peccata per cōtritionē remissa non sint. Quū igitur certum nō sit an precesserit vera contritio, tutius est facere vni & eidem omnium peccatorū cōfessionē, vt virtute secramentali diluātur pctā omnia quo ad culpā si deleta non sint. Addo ꝙ sunt alij sacramētalis absolutionis effectus qui secūdū probabilē opinionē possunt ab inferiori impendi deniq; si cōtēdas virtute sacramenti pœnitentię nunq̄ dilui peccata quo ad culpā siue reatū, quoniam per cōtritionē remittūtur que sacramētū precędere debet igitur superfluus seu ficticius est prim⁹ absolutiōis effect⁹, Rñdemus si effectum hmōi admittere nolis nihil ꝓpterea seqtur quod nobis aduersetur. Nihil em̄ aliud sequit̄ quā peccata non posse reseruari quo ad culpā. i. reatū eternę pœnę, quod īgenue fatemur. Atuero ꝓpterea nō sequitur cassā esse curati siue inferioris absolutionē qm̄ ad alios effectus vtilis esse pōt, vt statim dicetur. Quarta propositio reseruatio casuū fieri potest quoad alios duos absolutiōis effectus scilicet quoad remissionē pœne tpalis & reconsiliationem ecclesię. Quod

vt intelligatur apertius animaduertendum est hoc bifariã effici posse. Imprimis quidem vt absolutio prima scilicet quę ab inferiore datur nihil agat hoc est nihil dimittat de pœna tẽporali, nec similiter recõsiliet ecclesię pro quibuscunq; pctis, sed secunda quę fit per superiorẽ vtcumq; agat partim virtute propria partim virtute primę absolutionis hoc est aliquid pœnę dimittat & ecclesię recõsiliet ratione oim pctõrũ tã reseruatorũ q̃ nõ reseruatorũ. Altero mõ fieri põtvt prima absolutio qcquã operetur quoad nõ reseruata p̃serti si ratihabitio habeatur de prima absolutione & secũda opetur quoad reseruata hoc est vt absolutio quæ datur a curato siue inferiori quicquã remittat ex vi operis operati de pœna temporali pecca tis debita & similiter recõsiliet ecclesię quoad casus nõ reseruatos, quoad reseruatos autem neutrum effectum habeat, sed vtrũq; secũda absolutio agat. Hic autẽ modus fieri potest secũdũ quẽ absolutio quoad duos vltimos effectus diuidi valet, nec iniuria quidam. Si enim solutio pœnę temporalis siue satisfactio fieri põt quo ad pœnã de pctõ superbię nõ satisfaciẽdo quoad pœnã de pctõ luxurię, pari rõne fieri põtvt quis absoluatur a pœna debita quibusdã peccatis scilicet non reseruatis, & non absoluatur a pœna peccatis reseruatis debita quãtũ est ex parte sacramenti, itaq; absolutio

sacramentalis quo ad hūc effectum videtur posse dimidiari. itidem fieri potest vt quis recō silietur ecclesię hoc est fiat capax sacramentorum pro aliquibus peccatis puta nō reseruatis & tamē pro peccatis reseruatis non reconsilietur. Etenim quum aliquis est ex duabus causis in capax potest liberari ab vna in capacitate altera manente, vt si quis ad duas instātias est excommunicatus potest ab vna absolui sine altera. Igitur potest fieri vt absolutus a curato non sit amplius in capax sacramentorū ratione casuum non reseruatorum & tamen sit in capax ratione reseruatorum, quęquidem in capacitas prius tollenda est per absolutionē superioris quam sit licitum ad sacramēta accedere grauiter enim peccaret qui ea non habita ad sacramēta accederet si commode posset habere. Vterq; autem modus iam dictus probabilis videtur, sed vtrum eorum intelligant reseruatores casuum, mihi compertum non est. Et forte opus esset declaratione sufficienti an hoc vel illo modo casus reseruent. At nihilominus nihil imminet periculi confitentibus, dummodo omnia confiteantur eidem confessori & casus quoq; reseruatos ei qui ptātem habet ab eis absoluendi. Sed obijcies contra primū modū. Si prima absolutio nihil agit, incassum fit cōfessio pctōrū curato siue inferiori. igitur primus dicendi modus non videtur probabilis.


Respõsio. Non agit secũdum illã opinionem propria solaq; virtute remittendo quicquam pœne, vel ecclesiæ reconsiliendo, sed agit dispositiõe, qm̃ absolutio secũda nihil ageret si prima nõ pcederet, vel certe opus esset coram superiore totam cõfessionẽ iterare. Agit etiam alias quia confessus absoluitur a debito cõfessionis sic scilicet q non tenetur nisi casum reseruatũ superiori cõfiteri. Sed dices rursus cõtra vtrũq; modũ, possunt pœnitentes pro pœna temporali suis peccatis debita aliter satisfacere quã suscipiẽdo secũdã absolutionẽ Igitur non debent ad suscipiendã secũdã absolutionẽ astringi & per consequens nõ debent propter hmõi effectũ casus reseruari quũ talis reseruatio fit pctõribus grauis & onerosa & propterea sine magna causa fieri nõ debeat, quũ etiã negotiũ pœnitẽtiæ ex se multũ difficile faciat difficilius. Responsio. Si fieret reseruatio tãtũ propter hunc effectum siue respectũ, nõ videtur forte rõni ꝯsentanea igitur potissima causa cur fit reseruatio casuũ est vt nullus habens casus reseruatos presumat ad sacramẽta accedere nisi prius ecclesię plene reconsiliet. Alioqui puaricatur, cũ sit incapax ipsorũ sacramentorũ. Aliter dici põt pœnitẽtẽ nõ posse de peccatis reseruatis satisfacere, imo nec ꝯtritionem habere nisi cũ ꝓposito suscipiẽdi absolutionẽ de ipsis sacramentalem ab eo qui eam impar

tiri potest. Cęterũ quo ad pctã occulta pecu liaris ẽ difficultas(quę multũ ad rẽ pertinet an scilicet possit eorũ fieri reseruatio, videtur em̃ fieri nõ posse. Imprimis ꝓpter rationẽ scoti dicẽtis neminem posse obligari vt pctm̃ suũ occultum faciat publicũ quod tamẽ facit quãtũ est ex natura facti ille qui peccatum occultum duobꝰ cõfitetur, qm̃ ponit in ore duorũ qui testificari possunt, licet perperam agerent testificando. Astipulatur durandus dicens ecclesiã nõ posse occulta ad suũ forũ traducere. Qui & aliam rationẽ facit i. 4. dicẽs. Nõ apparet qualiter peccatũ occultũ aliter sit cõtra deũ & aliter cõtra ecclesiã. Igitur eadẽ est reconsiliatio qua quis recõsiliatur deo & ecclesię. Item circa sacramẽtalẽ absolutionẽ eccl'ia nõ habet aliquid imutare ergo vtriq; fit recõsiliatio quãdo impẽditur absolutio. Eamobrẽ nõ videtur reseruatio fieri posse in pctis occultis. Respõsio. Sicut peccata ꝓprie occulta p̃sertim enormia possũt generalibꝰ censuris puniri(vt postea dicetur)ita & reseruari possũt. Nec obest rõ scoti. Esto em̃ nullus possit obligari ad ꝓdẽdũ in publico crimẽ suũ ꝓprie occultũ, põt tamẽ astringi ad ipsum retegendũ in foro secreto coram eo qui potestatem habet absoluendi. Nec propterea peccatum occultum facit publicum quãtũ ẽ ex mõ manifestatiõis qm̃ illi q pctm̃ ipm in confessione seorsũ audierunt non possunt iuridicã ꝓbationem efficere quipe qui

testes singulares existant. Ideo non potest saltem iuridice publicum effici quod occultum est. Præfata igitur rõ nihil aliud ↄcludit quã quod nullus potest astringi ad crimen suũ proprie occultum corã duobus simul reuelare, qđ ĩgenue fatemur. Nec obest quoq; prima ratio durãdi quę iam alibi soluta est. Esto enim nõ possit ecclesia peccatum proprie occultum ad forum publicum traducere, potest tamẽ astringere saltem indirecte peccatorẽ occultum ad se prodendũ in foro secreto seu pœnitentiali, Nec altera quoq; eius ratio aduersat, qm̃ esto ecclesia non aliter offendatur quã deus, offenditur tamen quando sponsus eius offenditur, Et hoc sufficit vt ei debeat fieri recõsiliatio ĩ foro secreto. Dici et alio mõ põt quot ecclesia aliter offẽdit quã deus quia scãdalizat quãtũ est ex natura facti in vno membro scilicet in eo qui crimẽ occultum nouit. Etenim crimẽ graue ex se est scandali excitatiuum. Itidem propter enorma peccata etiam occulta interdum cõmunitas punitur vt patet in acham qui surripuit de anathemate. Sed vtrumq; res habet non est prorsus eadẽ recõsiliatio quę fit deo & ecclesię. Siquidẽ p recõsiliationẽ, quę fit deo recuperatur eius amicitia fitq; pœnitẽs dign9 eterna vita, per recõsiliationẽ vero quę fit ecclesię fit capax & dignus participatione sacramẽtorum quibus alias indignus foret, Deniq;

licet ecclesia non possit tollere vel mutare id quod pręcipuum & essentiale est in absolutione sacramentali, potest tamē quicquā circa nō nullos eius effectus. Enimuero potest ordinare vt effectus ille qui est reconsiliare ipsi ecclesię diuisim efficiatur, vt scilicet vnus sacerdos de vno & alius de alio recōsiliet, capacitatem q; tribuat quo ad participationē sacramētorū. Sed de hmōi modo per difficili iam satis dictū est.

CAPITE DECIMOQVARTO agitur an possit ecclesia sacerdotem astringere ad reuelāda peccata occulta quę sibi in confessione dicta sunt.



AD QVARTVM punctū excutiendum accedamus quod est de reuelatione confessionis sacramētalis, an scilicet confessor possit per pręceptum superioris impelli ad reuelandum peccatum in confessione detectum, pręsertim quod occultum est. Qua in re primū supponendū est quid sit reuelare ꝯfessionē siue peccatū in cōfessiōe detectū. Est enim reuelare pctm̄ in ꝯfessiōe auditū & psonā ꝯfitētis copulatim, siue est reuelare pctm̄ relatiue ad psonā ꝯfitētis ita ꝙ p reuelationē cognoscitur peccatū & auctor peccati simul,

vt si confessor dicat talis confessus est, mihi ta le peccatum, vel etiam talis hoc peccatum mi hi dixit, vel ille tale piaculū admisit &c. Hoc suppositio sit propositio hmōi. Nō pōt ecclia sive p̄latus p suū p̄ceptū vel alias quouismo do astringere ad reuelanda peccata quę p cō fessionē sacramentalem tantum cognita sunt relata ad p̄sonā ꝯfitentis, sive nō pōt astringe re cōfessorē ad reuelādū pctm̄ in cōfessione de tectum & p̄sonā ꝯfitentis ꝯiunctum, Hęc pro positio sic ꝓbatur. Celare pctm̄ in confessione auditum est de lege naturali diuina & huma na. Quemadmodum ediuerso secretum ꝯfes sionis sacramentalis inquantum tale reuelare est contra legem naturalem diuinā & ecclesia sticam vt probant doctores signāter scotus in quarto sententiarū. Atuero nō potest pręlatus quemquam astringere ꝯtra legem naturalem & diuinā imo nec ꝯtra legem ab vniuersali ec clesia factam siue probatam. Nō enim potest inferior potestas detrahere seu derogare infe riori, Igitur nō potest astringere ad reuelāda peccata in confessione audita. Et idem sentien dum est de omnibus alijs quę sub sigillo con fessionis clauduntur etiam si peccata non sint. Sed inprimis obijcies. Ratiōes ille quibus pro batur de iure naturali celandum esse secretum confessionis quæ & fundantur in charitate, fi delitate, & mutua vtilitate, ęque probant celā

dum esse secretum quod extra cõfessionem sa cramentalem alicui cõmissum est. At nihilomi nus huiusmodi secretum aliquãdo celandũ nõ est sed manifestandũ. vt postea dicetur. Igitur & secretum cõfessionis nõ semper celãdũ est. Respõsio. Negatur assumptũ vniuersaliter in tellectũ, sed admittitur speciatim acceptũ de se creto quod est debita secreti materia. Atuerone gatur ꝙ hmõi secretum inquãtũ tale sit aliquã do reuelandum, imo semp celandũ est, licet se cretum cõfessionis arctius celandum sit. Deinde obijcies ꝙ per licentiã siue facultatẽ supio ris possit licite secretum ꝯfessionis reuelari, qm̃ per licentiã ꝯfitentis potest ꝯfessor secretũ con fessionis ad bonũ ipsius ꝯfitentis retegere. Igiẗ & per licẽtiã superioris sui, quũ ptãs superioris maior sit, pluraq; possit quã facultas inferioris. Confirmatur per dispensationem pape videtur confessor posse sigillũ confessionis reuelare qm̃ & in votis (quorũ redditio est de iure diuino) di spẽsare põt, igiẗ & in iure diuino quo pcipiẗ ce latio confessionis. Respõsio. quidam putant cõ fessorem de licentia siue consensu episcopi pos se reuelare secretum confessionis qñ magnũ im minet periculum. Sed isti toto errant cęlo, quũ nec ipẽmet episcopus licite possit reuelare. quã doquidem celare secretũ confessiõis est de iure naturali & diuino supra qđ nullus eps põt. Ne gaẗ igiẗ assumptũ. Ad ꝓbationẽ, putãt nõnulli

confessorem posse de licentia confitentis presertim pro bono ipsius dicere id quod in confessione audiuit, ita ꝙ quod ad hoc sufficiat licentia ipsius confitentis in foro pœnitentiali cōcessa, Sed hæc opino aliis nō probatur. Nec iniuria quidem, quoniam celare confessionem non solum est ius cōfitentis sed etiam communitatis. Itidem triplici iure tenetur confessor celare secretum confessionnis, quod quidem non est in potestate confitentis reuocare. Adde quod est alia via tutior scilicet dicere peccatū extra confessionem non vt secretum sed vt reuelandum ad bonum ipsius confitentis, igitur non debet cōfessor se piculo exponere viam periculosam insequendo denique prefata opinio nec auctoritate nec ratione sufficienti nititur. Non enim valet ratio quam prædicta opinio pro se facit de depositario quoniā licet depositarius possit de licētia eius qui rem deposuit alteri tradere, nō potest tamen sacerdos peccatum in confessione sibi commissum de licentia confitentis reuelare, quia depositum potest effici non depositum propter licētiam deponentis, ex quo ius diuinum in hoc non contradicit. At secretū confessionis non potest licite fieri non secretū per licentiam hominis quod ius diuinum & naturale sint in oppositum. Nec prodest quoque dicere quod secretum confessionis est introductum in fauorem confitentis igitur potest tali

Iuri renunciare, quoniam non eſt tantũ ius cõfitentis ſed etiam cõmunitatis, quapropter nõ poteſt tali iuri cedere. Non enim ſemper licet renunciare iuri quod eſt introductum in fauorem alicuius, vt patet de iure naturali quod habetur in comęſtibilibus cui nullus poteſt in totum renunciare. Itaq; non poteſt confitens per ſuam licẽtiam facere quod ſacerdos reuelet ea quæ per confeſſionem dumtaxat nouit, quãdo quidem hoc eſt iuri naturali ac diuino prorſus aduerſum. Et nihilominus ſi pœnitens poſſit dare facultatem reuelandi peccatum in confeſſione detectum, vt aliquib9 placet, nõ propter ea ſequitur epiſcopum ſiue ſuperiorem poſſe huiuſmodi facultatem impartiri, quoniam in eius fauorem nõ ſtatuit deus ſed confitentis. Itẽ papa vel epiſcopus non poteſt facere quod cõfeſſor ſciat peccatum in confeſſione detectum vt homo, quod tamen pœnitens facere poteſt dando licentiam reuelãdi. Ad confirmationem negatur aſſumptum, tum quia de natura ſacramenti eſt obligatio celatiõis. Tenetur enim miniſter ad celationem confeſſionis ex natura ſacramenti. Eamobrem nõ poteſt prælatus quiſquã per ſuam diſpenſationẽ huiuſmodi obligationem tollere, tum quia ita eſt de præcepto diuino confeſſionem celare ſicut facère. Atuero non poteſt prælatus quiſquam diſpenſare in ſecundo, igitur nec in primo. Et quanquam põt

summuus pontifex in votis dispēsare non tamē in pręceptis sacramentalibus quoniam dispensare nō potest quī homo teneatur baptisari & confiteri. Sed d ces, si prælatus nō possit per licētiā vel dispensationem hoc facere, videtur tñ per præceptum hoc facere posse. Imprimis tenetur inferior superiori potestati obedire. Igitur si prelatus pręcipiat confessori reuelationē ꝯfessiōis obedire tenetur. Itidē si pręcipiat sub pœna excōmnnicationis latæ sentētiæ vt quicūq; nouit impedimentū suscipiēdi ordinis vel cōtrahēdi matrimonii ī aliquo, habeat reuelare, tenetur ꝯfessor ꝓdere si p cōfessionem tale impedimentū nouit. Alioqui sententiam excōmunicationis incidit. Similiter si coram episcopo producatur confessor in testem & exigatur ab eo iuramentū de veritate dicēda, tenetur dicere crimen quod per cōfessionem nouit de quo confessus in iudicio accusatur. Alias celatio confessionis cederet in detrimentum ipsius confessoris, quoniam periurium incideret nō respondendo quippe qui veritatem dicere iurauit. Sed & si diceret se nescire, peccaret mētiēdo. Quū igitur plus teneatur peccatum vitare in seipso quam proximi famam seruare, debet secretum confessionis ad iussum superioris reuelare. Responsio. Non potest prælatus per suum præceptum astringere confessorem ad reuelandam confessionem. Nec obest ylla probationum ad=

ductarũ, qñquidem non est obediẽdũ superiori contra ius naturalę & diuinum pręcipienti nihil enim loci habet in re huiusmodi obedientia quæ superioribus debetur. Nihil quoque virit habet præceptum sub pœna excõmunicationis factum, quoniã confessor non reuelans nullam pœnitus censuram incurrit, eapropter in hac re nihil ei timendum est, Si enim superior expresse pręciperet reuelationem occultorum etiam quę per confessionem tantum cognita sunt, pręceptum huiusmodi insanũ esset vtpote quod intollerabilem errorem cõplecteretur. Si vero aperte non pręciperet sed tñ subintelligeret, intentio plusquam stulta foret, eamobrẽ nullo prorsus modo in hoc obtemperandũ est. Denique si confessor producatur in testem nullo modo debet peccatum in confessione auditum vt tale superiori prodere. Nec obest quod iurauit dicere veritatem, qm̃ iuramentum est interpretandum de ijs ad quę licite respõdere põt, alias temerarium foret. Sed querat aliquis quid facturus est confessor si nec possit nec debeat sigillum confessionis aperire. Nunquid secure dicere poterit se nescire, q̃d ab eo querit? Dicũt multi theologi sacerdotẽ i hoc casu sine scrupulo dicere posse se nescire, q̃d nouit p ꝯfessionẽ, qm̃ in ꝯfessiõe nõ nouit vt hõ sed vt deꝰ. In iudicio vero publico loquẽs i ꝓpria persona siue vt homo loquit. Sed rationẽ quę ab hmõi

opinione aſſignatur improbat ſcotus dicẽs ea quæ confeſſor nouit in cõfeſſione non nouit vt deus ſed vt homo dei miniſter, quemadmodũ nec audit ne abſoluit vt deus ſiue in pſona dei, licet auctoritate & commiſſione dei abſoluat. Itaq; dicit ſcotus ipſe ſacerdotem in hoc caſu tacere debere, Hoc enim modo confeſſionem non reuelat, quoniam tacere non eſt ſignũ ex ſe reuelatiuum confeſſionis, ſed hæc ſcotica reſponſio non ſatis plene nodum ſoluit, quoniã ſacerdos productus in teſtẽ cogi poteſt & quidem iuridice, vt ad interrogata quicquam reſpõdeat. Quod ſi facere detrectet, poteſt eum iudex iuſte punire. Alioqui poſſet quiſq; p ſuo arbitrio in iudicio tacere nec quicquam reſpõdere, quod non eſt ratiõi conſentaneum, quippe quod reipublice plurimũ officeret & iuſtitiam quoq; impediret ſi quicquam haberet loci. Nõ enim veritas ſciri poſſet ſi cuiq; liceret interrogante iudice nihil mutire. At dices, debet teſtis interrogatus reſpondere quando nõ nouit per confeſſionẽ. At hæc euaſio nulla eſt tum quia non ſemper tenetur reſpondere de ijs quæ extra confeſſionem nouit, tum etiam quia non tenetur iudex diuinare an ſacerdos productus in teſtem audiuerit cõfeſſionẽ eius qui in iudicio accuſatur, Eamobrem iuſte procedendo poteſt ipſum impellere vt quicquam reſpondeat, puta dicendo, credo vel nõ credo

siue nescio. Ideo aliter respondendum videatur videlicet si sacerdos non cogatur iuridice respondere, puta si extra iudicium interrogetur de ijs quę per cōfessionē tantum nouit, nihil dicere debet sed vel tacere vel dicere querentibus. Non teneor vobis respondere, vel loquamur de nobis, aliosq; missos faciamns, vel de negocijs nostris tractemus & alienam vitā temere ne discutiamus, vel aliud huiusmodi, Non debet autem in hoc casu dicere se nescire quoniam mentiretur sine causa. Si vero sacerdos cogatur iuridice respondere, potest sine scrupulo cōsciētię dicere se nescire, modo bonam habeat intentionem hoc est dummodo loquens intendat se nihil scire quod tunc reuelare licite possit. Quod autē secure possit dicere se nescire, probatur. Tum quia in hoc casu loquitur vt subditus itaq; non tenetur respondere nisi de ijs quę scit vt subditus, & per cōsequēs nō tenetur quicquam dicere de auditis per cōfessionē, quoniam in hoc nulli mortalium subditus est sed tantum christo cuius vicem gerit Tum etiam quia non producitur in testem vt deus sed vt homo subditus producitur & interrogatur, eamobrē non tenetur deponere quicquam nisi tantum de ijs quę nouit vt homo subditus. Sed dices sacerdos in confessione nō nouit vt deus sed vt homo, Etenim si sciret vt deus posset licite dicere, ego te absoluo prin-

cipaliter quemadmodũ angelus loquens moy ſi in perſona dei ſane dixit. Ego ſum deus patris tui, At hoc falſum eſt, quia ſacerdos non principaliter ſed miniſterialiter abſoluit. Itidẽ ſacerdos ipſe mentiretur dicens ego auctoritate ſedis apoſtolice mihi commiſſa abſoluo te, ſi ĩ perſona dei loqueretur, quãdoquidẽ deus nõ abſoluit auctoritate commiſſa ſed propria. Quod vero ſciat vt hõ, patet quoniã abſoluit ſicut nouit. At uero abſoluit vt homo ſiue ĩ propria perſona auctoritate tamen dei. Item licite poteſt tacita perſona peccatum in confeſſione auditum viro docto pro habendo conſilio referre. At uero plane mentiretur ſi in confeſſione non ſciret vt homo, quoniã extra cõfeſſionem loquitur vt homo. Reſponſio. Sacerdos audiens in confeſſione quodammodo nouit vt deus, & quodammodo ſcit vt homo. Nouit enim vt deus. i. vt nulli ſubiectus quoad reuelationem cõfeſſionis. vt enim deus a nullo cogi valet, ita ſacerdos a nullo mortalium quãtũ ad hoc iuridice cogi põt. Eſt enim vicarius ac miniſter dei cui tantum in hoc ſubiectus eſt Et ita intelligendum eſt. c. ſi ſacerdos de officio ordinarij vbi ſacerdos vt deus ſcire dicitur At uero non ſcit vt deus hoc eſt in perſona dei quia non induit perſonam dei, nec audit vel loquitur ĩ perſona eius licet eius auctoritate vtã

tur. Similiter quodammodo scit vt homo hoc est, vt humanis sensibus vtens in persona ꝓpria audit, scit, loquitur, & absoluit. at vero nõ audit vt homo scilicet alteri subiectus quãtum ad ea reuelanda quę per cõfessionem tantum nouit. Et hoc modo posse videntur diffidentes opiniones ad concordiem reduci. sed iterum argumẽtaris, sacerdos dicens absolute se nescire mẽtitur vel certe falsũ dicit. Responsio si intenderet nullo modo se scire, mentiretur. At vero si loquatur cum intentione restricta qua scilicet intendit se nescire vt homo subiectus in tali foro non mentitur, quoniã qui confessionem audiuit non intendit de illis in foro exteriori loqui. Sed dicis falsum loquitur apud audientes quos & deludit. Responsio verba sunt accipienda secundum materiam subiectam & sermo intentioni subiectus esse debet non econtrario, Non igitur per se falsum dicit vel decipit qm̃ audientes debent verba cape de ijs tm̃ de quibus in tali foro loqui fas est. Neq; vero debet sacerdos suã intẽtionẽ exprimere ne malã opinionem in audientibus pariat. Sed tandẽ obijcis. Licet interdum ea quę in cõfessione audita sunt reuelare. Igitur potest ꝑlatus ꝑ suum præceptũ ad ea reuelanda astringere. Probatur assumptum. si sacerdos alia via seu modo cognoscit quã ꝑ cõfessionẽ, licet manifestare.

Itidem si peccatum sit reipublice nociuum sacerdos reticere non debet in detrimentum seu perniciem communitatis, quum bonum commune sit præferendum famæ confitentis. Et in hoc quoq; casu licet retegere quod sub secreto extra confessionem commissum est. Similiter si confitens non habeat displicentiam de peccatis vel sit in proposito peccandi postea, puta si dicat se velle occidere, & tamen resipiscere nolit, tunc non est necesse peccatum eius celare. Respõsio imprimis consecutio ipsa nullum habet momentum. quoniam non potest prælatus ad ea omnia quę licent subditum astringere. deinde negatur assumptum. Et ad primam probationem conceditur quod assumitur dummodo prudenter ita fiat, vt nulla suspitio reuelationis confessionis propterea oriatur. Non enim debet dicere se scire per confessionem, hoc enim absurdissimum est, sed se vidisse: vel a tali audiuisse vel tali modo cognouisse. Nec refert vtrum ante confessionem vel post eã alio modo cognouerit. Licet igitur interdum retegere quod in confessione auditum est, puta cũ per aliam scientiam siue noticiam nouit. Non enim confesso tollit suũ ius cõfessori, nec in alio quoq; foro ius sibi tribuit reuelandi. At nihilominus non potest sanę confessor auditũ in cõfessione quatenus tale cuiquã alteri reuelare. Esto possit eum qui confessus

est semotis arbitris prudenter admonere sine periculo reuelationis cõfessionis. Ad alteram probationem negatur assumptum, quoniã pro bono communi non licet confessionem reuelare. Et quãquã; bonũ cõmune preferendum est priuato, reuelare tamen confessionẽ nõ est bonũ cõumne, sed maxime offensiuũ boni cõmunis quãdoquidẽ passim auertẽtur hoĩes a cõfessione faciẽda si liceret in aliquo casu cõfessionem reuelare. Nec sequitur pro bono cõi licet reuelare secretum quod extra confessionẽ susceptum est, igitur & illud quod in confessione est commissum, qm̃ reuelare secretũ non sacramẽtale qñq; non aduersatur iuri naturali vel diuino, qñ scilicet non est apta secreti materia vt postea dicetur. At reuelare secretum sacramẽtale omni iuri semper aduersatur. Ad aliã probationem putant aliqui confessionem non esse celandam quando confitẽs de peccatis ad missis nullã habet displicẽtiã. Putãt alij in quibus sunt innocentius & panor. cum aliquis confitetur se peccatũ velle cõmittere puta occidere vicinum, si perseuerat in actuali proposito sacerdoti licitũ esse illud reuelare vt sibi caueat is in quẽ peccatũ committẽdũ est. Sed vtrıq; toto errãt cœlo primi quidem quoniam impœnitentia confitentis non tribuit licẽtiam reuelandi peccati in confessione detecti. Siue enim confitens vere pœniteat siue non, celanda sũt

omnia eius peccata quoniam sigillo cõfessiõis clauduntur. Secundi quoq; grauiter hallucinantur, quoniam sacerdos nõ potest in eo casu peccatum futurum reuelare quin etiã retegat peccatum præteritum siue præsens in confessione detectum scilicet propositum occidendi. Enim uero propositũ deliberatiõe firmatum de pctõ ꝯmittendo, peccatum est, eamobrem qui confitetur se propositum habere pecandi in futuro, confitetur se voluntatem habere peccandi, qui autem voluntatem plenam ac deliberatam habet peccandi haud dubium quin peccet. Itaq; q reuelat huiusmodi propositum reuelat peccatum iam mente commissum sibi in confessione detectum, quod planę illicitum est, quum nunquam liceat verbo scripto nutu vel signo peccatum in cõfessione auditum reuelare. Nec valet quod dicunt scilicet quod peccatum est committendum & non commissum, quoniam licet peccatum occisionis necdum sit exterius cõmissum, est tamẽ admissum interius. Sed hactenus de secreto sacramentali quod scilicet in cõfessione pœnitentiali committitur, dixisse sufficiat.

CAPITE DECIMOQVINTO discutitur an ecclesia possit astringere ad reuelandum occultum siue secretũ quod alias quam per confessionem sacramentalem scitur.

CAETERVM iam expedendum eſt, an eccleſia ſiue prçlatus poſſit per ſuum prçceptum aſtringere ad reuelãdũ ſecretum non ſacramentale quod ſcilicet alias quã per confeſſionem ſacramẽtalẽ ſcitur. Et imprimis ſupponendum eſt ſecretũ nõ ſacrametale multiplex eſſe. Quoddam enim eſt quod peccatum non exiſtit nec ſuperioris ſubiacet correctioni nec cuiquã noxiũ eſt. Alterũ eſt alicui nociuum & hoc eſt triplex, quoddã enim nociuum eſt republicç ſiue conitati. Aliud eſt nociuum alicui particulari perſonç. Aliud demũ eſt qđ tãtũ nocet ei qui ſecretũ ꝯmiſit. Deinde ſupponendũ eſt quũ dicitur aliquod ſecretũ eſſe nociuũ poſſe bifariã ĩtelligi ſcilicet de graui ſeu notabili nocumẽto puta quia ẽ ĩ totalẽ perniciẽ vel graue detrimetũ reipublicç vel particularis perſonç, aut de paruo nocumẽto quod non ita nocet. Deniq; ſupponẽdũ eſt ſecretũ non ſacramẽtale multifariã cõmitti poſſe. Imprimis nõ formaliter ſed tãtũ çquiualenter puta quũ ipſe qui ſecretum ſuũ alteri credit, non dicit expreſſe teneatis hoc vt ſecretũ, ſed tamen ex modo loquendi ſatis conſtat ipſum vt ſecretum ꝯmittere. Secundo qñ formaliter & expreſſe is qui ſecretũ ꝯmittit dicit ſe committere vt ſecretũ. Tertio quando expreſſe committit ſub ſigillo confeſſionis extra confeſſionem tamen puta quum dicit hoc vobis ſub benedicite dico

vel teneatis hoc secretum pinde ac si vobis in ꝯfessiõe dictũ foret. Quarto qñ ꝯmittẽs secretum exigit iuramentum vel promissionem ab eo cui committit secutum de ipso nulli reuelãdo. His suppositis rem ipsam absoluamus per propositiones quarum prima sit huiusmodi. Non potest ecclesia siue prælatus astringere ad reuelãda occulta quę sub secreto commissa sunt extra ꝯfessionem sacramentalem, quãdo sunt debita secreti materia, hoc ẽ quãdo peccata non sunt, & correctioni prelatorum non subiacẽt. Etenim ad seruãda huiusmodi secreta tenetur quisq; secundũ dictamẽ iuris siue legis naturalis, quum igitur ecclesia siue prælatus nequeat astringere contra legem naturę, ꝯsequens est non posse cogere subditos ad reuelanda huiusmodi secreta. Probat̃ assumptũ Tum primo quia lex naturę iubet vt faciant homines alijs quod sibi sanę fieri volunt, Atq ille ipe cui secretũ huiusmodi ꝯmissum est vellet profecto ipsum cœlari nec cuiquã reuelari. Tum secundo quisq; tenetur pro lege naturæ proximo fidelitatem seruare, quã sibi ipsi seruari vellet. At uero audiens vel recipiens secretum quod est apta secreti materia vellet ipm fideliter absq; vlla reuelatiõe taceri. Tũ tertio quilibet secũdũ legẽ naturę debet seruare promissum licitũ, sed recipiẽs secretum huiusmodi explicite aut implicite promittit se seruare

quod sibi sub secreto ꝯmissum est, igitur tenet huiusmodi secretum fideliter seruare, nec obedire prelato si reuelationē eius p̄cipiat. Quod & alio iure scilicet diuino ꝓbari pōt. Etenim ꝓuerbiorum.11. dicitur. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui aūt fidelis est celat amici commissum. Itaq; quum nequeat prelatus aduersus ius diuinum. palam est ipsum nō posse quēquam ad reuelationem huiusmodi occultorum astringere. Confirmatur, non pōt ecclesiæ prælatus licite precipere vel impellere ad crimen proditionis ꝯmittendum, Atqui reuelare huiusmodi secreta, crimē est ꝓditionis, igitur ad ea reuelanda nō potest sane prelatus impellere. Deniq; si hmōi secreta possēt etiā ad iussum superioris licite reuelari conuictus socialis periret vel parum aut nihil roboris haberet, Atuero non potest prelatus ad ea impellere quæ si fierent conuictum socialem perderent vel detrimentum multum ei adferrent. Ex his colligi potest ea secreta que nulli nocent nulli prorsus reuelāda esse. Itidem illa que parū nocent, nō sunt etiā ad iussum superioris reuelanda, quoniā hæc sunt apta secreti materia. Et ratiōi quoq; naturali aduersum est quod pro damno vel periculo exiguo, alterius fama ledatur. Siquidem pro ratione recta maius detrimentum magis vitandum est, Lesio autem fame notabilis magna profectio est

iactura eamobrem non debet pro damno parvo grauiter lædi. Quapropter si prælatus præcipiat reuelationem huiusmodi secreti quod parum officit vel officere potest, audiendus non est, quum potestate palam abutatur, quippe qui velit subditum impellere ad peccandum, graue enim piaculũ ẽ huiusmodi secreti reuelatio/quæ si fiat contra iuramentum vel promissionem de ipso non reuelando factum, grauius scælus est. Sed & si committatur sub sigillo cõfessionis, extra cõfessionẽ tamen sacramentalẽ, peccatum grauius committitur. Neq; tamen is qui secretum huiusmodi pandit, reuelator ꝯfessionis dici debet quandoquidem huiusmodi secretum non est in confessiõe sacramentali detectum. eamobrẽ non est puniendus vt reuelator confessionis, sed alia pœna mulctãdus pro qualitate criminis. Sed obijcies. Tenenť subditi suorum superiorum præceptis obedire, igitur si superior aliquis suo subdito præcipiat reuelationẽ huiusmodi secretorũ, obedire tenetur & secretum ipsum reuelare. Responsio. Conceditur assumptũ si de pręceptis licitis intelligatur, sed negatur de illicitis cuiusmodi est præceptũ de reuelatiõe secreti, quod ẽ apta secreti materia. At rursus dices. Religiosi saltem tenentur reuelare secretum sue fidei commissum ad præceptum superioris, qm̃ ad obediendum prælato solemni se professione astrinxerunt, ad seruã

dū aūt secretū tātum simplici promissione. Igitur debent potius obedire prælato, præcipienti cui maiori obligatione deuincti sunt Respōsio. Negatur assumptū si capiatur de secreto quod nulli nocet, & sine peccato celari potest. Ad ꝓbationem negatur consequens, quandoquidem non se ligat religiosus pro suam professionem ad ea quę sunt aduersa iuri naturali & diuino, cuiusmodi est reuelare secretum quod est apta secreti materia. Itē maior est obligatio quę consurgit ex iure naturali & diuino ac ꝓfessiōe seu ꝓmissiōe in baptismo effectu, q̄ obligatio q̄ ex professione monastica procedit. Idcirco magis est obseruāda illa quam ista. Secūda propō potest ecclesia siue p̄latus astringere subditū ad reuelāda secreta extra cōfessionē sibi commissa quæ vergunt in graue periculū seu detrimentū reipublicæ siue cōmunitatis, aut etiā fidei christianæ, puta si Sortes dicat Platoni se velle seminare hęreses seu impios errores, aut prodere ciuitatem, si prælatus præcipiat vt quisquis pericula reipublicę imminentia nouit, detegere habeat, tenetur Plato dicere quod sub secreto sibi creditum est. Probatur propositio. In casu pręfato tenetur ipse Plato secretum huiusmodi sibi commissum etiam sine præcepto pręlati retegere, quādo scilicet nō pōt sine reuelatiōe secreti tm̄ ꝑiculū impedire, Si eīn ꝯmode posset

tunc & secretum & famam alienam seruare deberet, igitur debet ad iussum prȩlati tale secretum manifestare. Itidem quisque plus obligatur etiam iure naturali ad bonũ commune quã particulare proximi conseruandum, prȩsertim quando simul seruari nequeunt. Igitur quando bonum commune non potest in suo tenore seruari sine detrimento eius qui perniciem eius molitur, debet is qui tantum periculum etiam sub secreto nouit, bonum commune præferre, & secretum sibi commissum pandere. Cõfirmatur quando sunt duo præcepta quæ simul obseruari nequeunt, tunc id quod maius est siue quod magis ligat est obseruãdum, & quod minoris est obligationis relinquendum, oppositũque faciẽdum. Igitur quum prȩceptũ de seruando bono communi magis obliget quam prȩceptum de seruanda fama seu bono eius qui secretum commisit, conficitur ipsum esse obseruandum. & per consequãs secretum esse manifestãdum. Adde quod secretum non debet esse vinculum iniquitatis. Esset autem iniquitatis vinculum si celaretur secretum quod vergit in perniciem vel grauem iacturam boni communis. de paruo enim nocumento parum curandũ est, nec propterea lædenda fama videtur. Deniq; tale secretum siue id quod sub secreto commissum est non est apta secreti materia, igitur reticendum non est, præsertim quando reuela-

tio eius præcipitur & sine proprio discrimine tali præcepto satisfieri potest. Sed dicet aliquis secretum sacramentale quod virgit in perniciē boni communis nunquam potest licite reuelari, igitur nec secretum nō sacramentale, probatur huiusmodi consecutio, quia sicut primū seruare est de lege naturæ ita & secundū. Responsio conceditur assumptum, videlꝫ quod secretū sacramentale in omni euentu cœlandum est, nec licet ipsum pro cōseruatione vobis. patrię, vel alterius cuiuscunqꝫ boni reuelare, quemad modum nec licet pro cōseruatione vnius regni fornicari, sed negatur consequentia cum sua probatione, quoniam non est de dictamine legis naturalis seruare secretum non sacramentale, quod vergit in perniciem bonis communis, imo ius naturale dictat bonum cōmune pręferendum esse, & ꝑ consequens tale secretū esse reuelādum quod eius destructionem machinatur. Quum ergo dicit scotus, in 4 sententiarum ad omne secretum seruare tenetur quis de lege naturæ, id sanæ intelligendum est, scilicet de secreto tātum quod est apta secreti materia. Si enim vniuersim caperetur de omni secreto etiam si vergeret in perniciem boni cōmunis, refutandum esset scoticum dictum, & acceptandum quod ait sāctus Thomas secunda secunde q. lxxx. in hunc modum. Circa vero ea quæ homini sub secreto committuntur distinguendum

est, quandoque enim sunt talia que statim quũ ad noticiam hominis venerint, homo ea manifestare tenetur puta, si pertineant ad corruptionem multitudinis spiritualem vel corporalem hęc ille. Sed iterum dicat aliquis, si is cui secretum huiusmodi commissum est promiserit vel iurauerit se minime reuelaturum, tunc certe fas non est ipsum cuiquam detegere. Respõsio. Non obstante promissione vel iuramento reuelandum est huiusmodi secretum, quoniam in omni promissione & iuramento subintelligitur quod liceat, deceat, & expediat, hoc autem non est in promissione vel iuramento pręfato, eamobrem rescindi debet præsertim ad præceptum superioris. Tertia propositio, Potest ecclesia siue prælatus impellere ad reuelandum secretum non sacramentale quod in perniciem seu grauæ periculum aut nocumentum alicuius particularis vergit cui nõn potest obuiari sine reuelatione secreti, puta si sortes sub secreto dixit Platoni se velle occidere Ciceronem, Plato debet huiusmodi secretum ad præceptum prælati reuelare quando periculum siue nocumentum non potest sine secreti reuelatione impediri, Probatur popositio huiusmodi. Maius bonum est pro recta ratione minori bono pręferendum, potiusque conseruandum quando vtrumque simul seruari non potest,


ſed vita alicuius melior eſt cæteris paribus quam fama alterius. Igitur vita eſt famę præferenda, & per conſequens ſi vita non poſſit conſeruari niſi fama per ſecreti reuelationem ledatur, debet ſecretum ipſum reuelari præſertim ad præceptum ſuperioris. Confirmatur maius malum eſt magis vitandum quam minus, quando vtrumque vitari non poteſt, ſed occiſio mutilatio ve corporis aut grauę detrimentum in bonis temporalibus, cæteris paribus eſt maius malum quam parua lęſio famæ quæ fit per reuelationem ſecreti, puta quando ſecretum ipſum priuatim ſiue ſemotis arbitris ſuperiori reuelatur. Igitur ad vitandum graue detrimentum licet ſecretum reuelare. Aſtipulatur ſanctus Thomas quotlibeto primo dicẽs hoc pacto. Eſt enim aliquod ſecretũ qđ illicitũ eſt celare ſicut quod in periculum vergit aliorum quibus aliquis cauere tenetur, vnde & in iuramento fidelitatis continetur quod huiuſmodi ſecreta ſerui debeant dominis reuelare. Ad preceptum ergo pælati tenetur religioſus tale ſecretum pandere etiam ſi promiſit nõ reuelare dicente yſodoro. In male promiſſis reſcinde fidem. Niſi forte in confeſſione audierit quia tunc nullo modo eſt reuelandũ. Et ſecunda ſecũde. q. lxx. dicit in hũc modũ. Circa

vero ea quę hoĩ ſubſecreto cõmittuntur,diſtin guendum eſt,quãdoq; enim ſunt talia quę ſta= tim quum ad noticiam hominisvenerint.homo ea manifeſtare tenetur.puta ſi pertinẽt ad cor ruptionem multitudinis ſpiritualem vel corpo ralem vel graue damnum alicuius perſonę,& contra hoc debitum obligari non poteſt per ſe creti cõmiſſũ. Quãdoq; vero ſũt talia quę quis prodere non tenetur,vnde poteſt obligari ex hoc quod ſibi ſubſecreto cõmittuntur, & tunc nullo modo tenetur ea prodere,etiam ex præ= cepto ſuperioris quia ſeruare fidem eſt de iure naturali, Aſſentitur Antonius ſecunda parte ſũmæ titulo ſi primo,dicẽs ſecreta illicita quæ in detrimentum aliorum vergũt,poſſe licite re uelari. Concordat angelus in ſumma dicens, quando ſecretum eſt alteri nociuum poteſt & debet reuelari ei qui põt prodeſſe,&nõ obeſſe. Contra præfatam propõnem poſſent fieri mul te obiectiones,ſed ꝑ expeditione breuiori ſatis ſit ponere,ea quæ exiguntur ad hoc vt aliquis teneatur ſecretum quod in nocumentum alte= rius vergit,reuelare. Imprimis enim exigitur quod is cui tale ſecretũ cõmiſſum eſt non poſſit ꝑ ſe tali periculo obuiare ſeu detrimẽto ꝓſpice re.Si eñ poſſet ſufficienẽ,cur reuelaret? Deĩde Requiritur qnod periculum ſiue detrimentum ſit maius quam læſio famę quę per reuelatio= nem ipſius ſecreti contingeret. Igitur propter

exiguum periculum vel detrimentũ nõ est sol uendum secreti vinculum, nec ledenda proximi fama. Tertio ꝙ reuelatio possit fieri sine discrimine graui eius qui secretum accepit. Si enim reuelando incurreret periculum graue vel detrimentum in corpore, fama, vel bonis fortune & tãtum vel maius quã sit illud quod iminet alteri, vel alterum præmit non tenetur reuelare, quoniam quisq; sua debet alienis prefer re cęteris paribus, secundum ordinẽ charitatis. Deniq; exigitur quod reuelatio decẽter & discrete fieri possit et reuera fiat, puta dicatur secretum priuatim & seorsum ei qui potest prodesse & remediũ adhibere. Itẽ quod ea quę pertinẽt ad eũ qui secretũ cõmisit, conseruentur quãtum fieri poterit, ideo magna discretione opus est antequã reueletur nocumẽtũ quod sub secreto cõmissum est, ei contra quem nocumentũ ipsum cõceptum est. Forte enim mox perderet eũ qui secretum cõmisit sed & reuelator secreti posset ab eo qui cõmisit secretũ occidi. Non igitur palam debet manifestari secretum quod occultũ est & probari non põt etiam si prælatus pręcipiat, qm̃ graui periculo se exponeret qui palã detegeret, Sed & is cui secretũ est commissũ, pro virili cauere debet ne proditor reputetur ab eo qui secretum cõmisit, puta ei declarando tale secretũ celandũ nõ fuisse, His enim animaduersis possent

fecile dilui obiectiones quę pfatę ꝓpōni aduer sari videntur. Quarta propositio pōt prælat⁹ per suū præceptū impellere quãdoq; subditū ad reuelēdū sibi secretū non sacramentale qđ est in graue detrimentum pręsertim spirituale eius dum taxat qui secretū ipm cōmisit, quan do sine reuelatione obuiari seu cōsuli periculo sine detrimento non potest,& spes probabilis est ꝙ debitum remedium per prælatum ipsū adhiberi poterit,puta si fortes dicat se velle pe rimere vel in aliquo peccato occulto perseue rare & per secretã admōitionē nō possit reme diū adhiberi,debet is qui nouit prælato qui potest prodesse & nō obesse secretū peccatū re uelare,Probatio ē in prōptu,quoniã sine pręcepto superioris tenetur is qui secretum hmōi nouit in casu pręfato manifestare, igitur a for tiori si præceptum superioris accedat,tenetur saltē priuatim & secrete,secretū ipsum detege re. Et enim in eo casu preferēda est salus ani mę & cū aliqua famę iactura debitum reme dium adhibendum est,quãdo probabiliter fu turū speratur,Adde quod sigillū secreti nō de bet esse vinculum iniquitatis,nec saluti anima rum obesse quemadmodum nec iuramentum, quod fortius vinculum est. Quibus animaduer sis satis liquet quando occultum secreti reuelã dum & quando non reuelandum est.

CAPITE. XVI. tangitur an ecclesia siue prælatus possit astringere ad reuelandū in foro exteriori & secreto peccatū proprie occultum quod nec in cōfessione nec sub secreto commissum est.



Ed iam ad crimina siue peccata grauiā proprie occulta quę alias quā per confessionem sacramentalem ac secretum fidei commissum sciuntur, accedendum est; & discutiendum, an prelatus ecclesię possit astringere ad ea in foro exteriori reuelanda. At qm̄ duplex est huiusmodi forus, scilicet publicus & secretus, eamobrem de vtroq; agendum est, Imprimis de secreto vt materia predictis affinis tangatur. An scilicet prælatus possit astrīgere ad reuelanda in foro exteriori & secreto ea peccata quę famam ledere solent quādo resciuntur. Et pro istis supponendum est imprimis aliquid posse reuelari secrete prælato vt pio patri bonoq; viro qui possit prodesse & nō obesse, vel vt iudici siue superiori vt absoluat, dispenset, vel aliquid aliud pertinens ad superioritatem iurisditionis faciat, & in hoc sensu potissimum capienda sunt que dicentur. Deinde supponendum in negocio huiusmodi duas esse præcipuas difficultates, vna est de eo qui crimē proprie occultum commisit, Altera de

illo qui conscius est. i. qui crimē ipsum scit puta presens erat quando admissum est, vel author criminis ei dixit, nec tamē sub secreto cōmisit. Deniqꝫ supponendum est varia esse genera eorū qui crimē occultum norunt. Quidem enim sponte hoc est sine pręcepto vel monitiōe pręlati pręcedente, veniūt ad pręlatum & crimē occultum ei reuelant. Alij vero nō ita sponte veniūt. Qui sponte veniūt non eadē intentione hoc faciunt. Siquidem aliqui accedūt vt accusent vel denūcient zelo vindictę seu malicię vt; scilicet defament, cōfundant, seu deprimāt delinquentem occultum & hij mortaliter peccant. Alij vero non intentione nocendi sed quadē indiscretione & leuitate reuelant, & hij non peccant mortaliter nisi ex tali denūciatione sequeretur notabile detrimentū famę. Alij veniūt zelo correctionis discreto, puta quia verisimiliter sperant emendationem delinquentis occulti per piū & discretum pręlatum futurā quā per se facere nō potuerunt, quia vel secrete monuerūt & nulla est secuta correctio, vel nō monuerūt quia sciūt suā monitionē nihil prodesse posse. Alij veniūt vt satisfactionē habeant de iniuria sibi facta, & nōnunquā delinquētem nominant, aliquādo vero nō, quia eum nō nouerunt. Deniqꝫ alij non veniūt spōte sed aut venire non proponūt aut pręcepto vel monitione coacti veniūt. Et interdum mo

nitio huiusmodi fit sub pœna excõmunicatio nis latę sententię, aliquando fit per modum p̄ cepti sine adiectione talis pœne. His suppositis sit prima propositio. Non potest prælatus per statutũ vel præceptum generaliter vel sp̄aliter factum directe astringere delinquentē ꝓprie occultũ ad crimē suũ sibi vt iudici priuatim & secrete retegendum, quando crimē ip̄m nec pœnam canonicam siue censuram habet annexam, nec proximis noxiũ est. Probatur hæc propositio, quoniam huiusmodi crimina quãtumuis grauia per reuelatiōem in foro pœnitentię factam dignamq; pœnitentiam sufficienter dilui possũt, ita ꝙ nullum impedimentum canonicum post verã pœnitentiam remanet, Igitur non potest prę latus ad aliud genus reuelationis astringere quãdoquidem nõ p̄ot temere sarcinã grauem prę sertim superfluam siue nõ necessariã ĩuitis subditis imponere. At uero criminis proprie occl'ti manifestatio maxime quę fit extra confessionem sacramentalem grauis sarcina est præsertim ei qui inuitus hoc facit. Igitur nõ potest prę latus ad reuelationē huiusmodi occultorum extra forũ pœnitentialē faciēdã astringere. Confirmatur, huiusmodi criminosus occult9 etiã enormis post verã pœnitētiã ꝓhiberi nõ potest ne susceptis ordinibus vtatur. Itidē nõ p̄ot prohiberi quin ad ordines ascendat quēadmodum patet. c. ex

eodem titulo criminosi occulti, præter homici dam, post actã pœnitetiã possunt in susceptis ordinibus ministrare & ad supiores ascẽdere, nec debent in hoc a quoq̃ impediri. Igitur cũ crimina ꝑprie occulta queant per reuelationẽ in foro interiori factam sufficiẽter purgari, consequens est non subiacere ptãti p̃latorum quo ad reuelationẽ extra forũ pœnitentię faciendam. Non enim sanę potest peccator occultus ad duo remedia astringi, qñ alterũ plene satis est. Nõ sunt igiť audiendi qui dicunt pœnitentiã nõ sufficere in hmõi criminibꝰ occultis sed dispensatione opus esse ad hoc vt officiũ suum delinquẽs occultus debite exequatur: hoc eñ falsum est, qm̃ talia dispensatione non egent post actam pœnitẽtiam. Sed dicet aliquis. Posset prælatus ꝯsilium vel remediũ adhibere extra forum pœnitẽtię, quod interdũ in foro ipso pœnitentię non potest. Igitur tenetur aliquãdo peccator occultus suũ crimẽ in foro exteriori præsertim secreto detegere. Resonsio nihil momenti habet hęc obiectio, Quamquã enim cõtingere potest vt crimiosus occultus debeat extra forũ pœnitentię de negocijs sue cõscientię verba facere: vt sue saluti meliꝰ prospiciat, ad hoc tñ non humana sed diuina obligatione astringitur. Et si forte prælatus possit interdum suadere seu monere pœnitentem vt extra forum pœnitẽtie crimẽ suũ retegat, nõ tñ

eum proprie compellere poteſt vt ſibi tanquã iudici in foro mixto ſiue ſecreto detegat, quando non eſt opus diſpenſatione vel abſolutione iudiciali, & crimen ipſum proximis noxiũ non eſt. Sed dicis, prælatus non impartietur abſolutionem ſi non promittat ei ſubditus ſe reuelaturum crimen ſuum extra confeſſionem. Reſponſio, Si quiſquam talis inueniretur prelatus, magna reprehenſione dignus eſſet, quippe qui perperã ſua vteretur ptãte. Igitur eſſet fugiendus, & alius inueniendus. Non enim debet confeſſor ſuum pœnitentem ſine abſolutione dimittere quando eum rite abſoluere poteſt, quẽadmodum eſt in caſu preſenti. Quod ſi forte opus ſit conſilio vel remedio alio, tunc etiam mouere poteſt vt velit tacita perſona peccatum ſuum reuelari pro conſilio habendo. Poteſt etiam ei interdum iniungere vt ſatiſfaciat ſiue reſtituat ſi quid reſtituendum eſt, quinetiam confeſſor abſoluere non debet eum qui dicit ſe non velle pœnitere vel reſtituere, cũ reſtituere debet & põt. Sed hoc nihil obeſt prefate ꝓpoſitioni vt cõſtat. Secũda ꝓpoſitio Non poteſt prelatus directe ac precise occultũ delinquentem compellere ad ſibi reuelandũ in foro exteriori & ſecreto crimen proprie occultum cui aliqua cẽſura canonica eſt annexa, ſed proximis nociuum non eſt. Probatur quia ſi delinquens occultus nolit ſe prodere, nõ poteſt

prelatus per statutum vel preceptum ipsum directe ac pcise astringere ad suum peccatum etiam secrete retegēdum, quandoquidē tales occulti sunt diuino iudicio sueq; consciētię relinquēdi, saltem nō possunt præcise compelli ad reuelandum in foro exteriori peccatū proprie occultū. Et impresentiarū capitur crimen proprie pro delicto quod suum authorem defamaret si notum esset. Sed dicas, Criminosus occultus aliqua censura canonica irretitus non potest ordines vel alia ecclesię sacramēta rite suscipere nec in susceptis ordinibus debite ministrare nisi primum dispensetur vel absoluat a superiore ptātem in hoc habente, Igitur si sue conscientię cōsultum esse velit, opus est vt se prodat superiori. Responsio. Potest alia via prouideri, scilicet pctm̄ suū proprie occultū reuelādo in foro interiori siue confessione quam superior non debet denegare quādo subditus asserit se indigere. Quod si prælatus incumbere nequeat, cōmittat suam alteri authoritatē qui vices eius suppleat. Et nihilominus si subditus sit ita durus vt nec in foro exteriori secreto, nec in foro quoq; pœnitentiali se velit detegere, perperā quidā agit, At nihilominus nō potest directe ac precise compelli ad seipsum in foro exteriori prodendum, maxime vbi peccatum reipublice vel proximis nociuum non est. Tertia proposito. Criminosus, proprie

occultus aliquando indirecte & per accidens astringitur per ecclesiasticam potestatem ad seipsum in foro exteriori secreto prodendū ob crimina quibus censura aliqua canonica annexa est. Probatur, quoniã possunt prælati quibusdam grauioribus criminibus adiungere cẽsuras canonicas quibus delinquẽtes etiam occulti afficiãtur, vt hic supponitur, & postea ꝓbabitur, A tuero q propter peccata huiusmodi occulta cẽsuram aliquam incidit, tenetur se ꝓdere superiori in foro exteriori secreto, quãdo superior ipse non vult per se vel alium in foro pœnitentiali absoluere vel dispẽsare, sed in foro exteriori secreto paratus est debitū antidotum impartiri. In hoc enim casu nõ põt delinquens occultus sue conscientię cõsulere vt debet, nisi se prodat saltem secrete suo superiori, quandoquidem nec sacramẽtum ordinis suscipere, nec in susceptis ordinibus ministrare licite potest, nisi canonicum impedimẽtum prius ab eo tollatur. Quando igitur habet in promptu antidotum quod sibi necessarium est & sine periculo famę suscipere potest, recta ratio eum astringit ad ipm suscipiẽdū. Recta inquã ratio ꝓprie eum ligat. At statutū siue p̄ceptū superioris improprie astringit qñquidẽ si nulla cẽsura addita fuisset nõ esset tali reuelatiõe opus. Ergo nõ potest prę latus ꝓprie astringere reum ad se reuelandum, sed tñ reuelatione

facta potest iurisdictionis potestatem exercere scilicet absoluere vel dispensare. Sed dicis. Pœnitētia tollit pœnam eternam quę maxima est. Igitur & pœnam canonicam quę lōge minor est. Responsio. Non valet huiusmodi cōsecutio quoniam absolutio mere pœnitētialis non est ad hoc instituta vt tollat censuras canonicas quę ꝓprie ad forū exteriorē pertinēt. Igitur absolutiōe opus est vel dispensatiōe iudiciali quę obtinēda est in foro exteriori, quādo haberi nō potest in interiori. Si enim in fora pœnitentiali posset haberi, satis esset. Sed ꝑcūtaris, cuinam rei conducit huiusmodi dispēsatio siue absolutio iudicialis? Responsio non est necessaria ad vitandann depositionem quoniam occulta peccata vindictam, non habent, sed ad officium debite exequendū. Etenim absq; huiusmodi dispensatione non posset peccator occultus licite suum officiū exequi. Quod aūt aliqui dicūt dispensationē esse necessariam in criminibus occultis suspensionem vel irregularitatem inducētibus ad vitandam accusationem, si de pctis improprię occultis quę scilicet ꝓbari possunt, intelligāt: nō inepte loquūtur: quoniā post actam pœnitētiā posset criminosus accusari. Atuero habita dispensatione iudiciali postmodum accusari nō potest, vt igitur vitet accusationem quę posset aduersus eū fieri, opus est dispēsatione iudiciali, quoniam

de eo super quo dispensatum est, postea accusari nõ põt. Si vero de ꝓprie occultis accipiãt, incõsulte loquũtur, quoniã talia accusari non possunt. Si enim rite possent, iam ꝓprie occulta non essent. Sed & ineptius est dicere dispensationẽ esse faciendam corã testibus per quos ipsa dispẽsatio probari possit. Stultus em̃ esset qui crimẽ suũ ꝓpric occultum coram testibus detegeret. Adde quod in istis non est opus dispensationẽ(quę secrete facta est)alijs ostendere. Sed & si delinquens occultus timeret crimẽ suum detegi, & ꝓpterea vellet ad cautelã dispẽsationẽ iudicialem secrete obtinere, satis esset literas a p̃lato dispẽsante, secrete capere q̃ sigillo munite de ipsa dispẽsatiõe fidẽ facerẽt quãdo opus eẽt. Sed de hijs hactenꝰ. Quarta propositio, Si p̃latus ꝑ se nouit crimẽ subditi o ccultum, licet possit imo debeat erga eum vti correctiõe fraterna monẽdo curandoq; diligenter vt resipiscat veramq; pœnitẽtiã agat nõ tamẽ eum p̃cepto vel alias cõpellere põt ad se ip̃m corã aliquo vel aliquibꝰ ꝓdendum, Et hãc ꝓpositionem intelligimus in casu quo p̃latus testis legitimus esse non potest. Si enim posset testimoniũ ferre, pctm̃ nõ esset proprie sedptim occultũ de quo postea dicit̃ loco opor tuno. Probat̃ ꝓpõ. Nõ põt p̃latꝰ eũ ꝯpellere vt seip̃z defamet, & pctm̃ qd̃ ex se ꝓbabile nõ est, ꝓbabile vel semiprobabile efficiat̃. Si cm̃

hoc facere posset coram vno, eadem ratione coram duobus, & ita peccatũ occultum fieret notorium. Siquidem per testes coram quibus peccatum detectum foret in iudicio conuinci posset, quo facto crimen ipsum euaderet notoriũ quoniam omne iudicialiter probatum notoriũ est. Non debet igitur vt iudex in talibus procedere sed correctione fraterna vti, quoniam in talibus iudex esse non potest ob defectum iurisdictionis. Sed dicis, quid faciet prelatus si crimini occulto annexa sit censura praesertim excommunicatio? Responsio absoluet eum si põt propter periculum vitandum, & si non potest eum vitabit quãdocunq; pro ratione vitare poterit, & priuatim quoq; duriciam eiꝰ duriter increpabit. Quinta ꝓpositio est de peccato proprie occulto alteri nociuo cuiusmodi est furtũ, homicidium & alia id genus. Non potest praelatus astringere subditũ ad reuelandum sibi crimen ꝓprie occultũ ab eo cõmissum & ꝓximo nociuũ. Eamobrẽ si ꝑlatus gñaliter precipiat quisquis furtũ cõmisit teneatur sibi saltẽ secrete reualare, nõ tenetur ei subditus obedire, Imprimis tale preceptum est illicitum, quoniam impellit quantum in se est, subditum ad se defamandum seu malam opinionem de se sine cause generandam. Item ad nihil vtile est huiusmodi preceptum, quoniã potest alia via prouideri Siquidẽ peccator occultus potest ꝑ pœnitẽtiã

& restitutionem plenę satisfacere pro peccato admisso Quid igitur opus est reuelatiōe extra forum pœnitentię. Deniq; si prelatus hoc posset, eadem ratiōe posset impellere criminosum ad se prodendum priuatim coram aliquibus alijs & sic tandē ad se defamandum et diuersis quoq; detrimentis se exponēdum, quod absurdum est. Sed dices, Officialis per sua monitoria pręcipiunt prędonibus occultis vt seipsos prodant, Responsio, hoc falsum est, sed monent ac pręcipiunt vt prędones occulti parti lęse satisfaciant vt decet, hoc autem fieri potest absque hoc quod se officialibus manifestent. Sexta propositio, Nō pōt prelatus pręcipere criminoso occulto vt se manifestet, etiam secrete, parti lesę siue offēse. Probatur quoniā hoc esset impellere delinquentem occultum ad se defamandū Item hoc esset inimicitias fouere vel gñare iter offendentem & offensum. Deniq; hoc esset exponere delinquentem periculis grauissimis. Facile enim posset offensus vindictam sumere de offenso siue detrimēta grauia inferre pręsertim quādo sentiret se per viam iusticiæ nō posse de offēsa satisfactionem habere. Sed queris, an pręlatus possit ei qui læsus est crimen delinquentis occulti manifestare, Putant aliqui pręlatū hoc licite facere posse, maxime si is qui offensus est sit benignus & nullum propterea timetur periculum esse consecuturum. At nobis videtur re-

gulariter non posse sane talis reuelatio fieri, quãdoquidem homines passim vĩdicatiui sũt; & si vindictam inferre nequeãt inimicitias tamen rancores & odia concipiunt, quibus determinatis prælati non debent occasiones præbere. Sufficit ergo prælato monere delinquentem proprie occultum quando per se crimen eius nouit. Attamen si læsus querimoniam ei faciat & solicitet vt excommunicet eum qui tale detrimentum puta furtum fecit, poterit generaliter prælatus facere præceptum etiã sub pœna excõmunicationis late sententię, vt fur ipse modo sine medio apto ipsi læso satisfaciat Septima propositio, Si per accusationem vel denunciationem crimen occultũ veniat ad prælati noticiã: puta si criminosus proprie occult9 secrete per quempiam accusetur vel denuncietur apud ipsum prelatum de peccato quod tãtum a denunciante ipso (qui testificari non põt) sciturí non potest prelatus criminosum ipsum præcepto astringere, vt sibi seorsum veritatem dicat. Nec similiter vt coram accusãte seu denunciante crimen suum occultum detegat. Si enim tale prẹceptum prelatus ipse faciat. grauiter peccat, quoniam potestate abutitur prẹcipiendo reuelationem etiam secretam huiusmodi occultorum quæ diuino. Iudicio reseruanda sunt, Et nichilominus præceptum eius cassum est, quoniam prælatus non potest esse iudex in huiusmodi occultis. Idcirco nec præ-

cipere potest nec procedere debet vt iudex. Quod si facere præsumat, non tenetur ei subditus obedire veritatem ei dicendo. Et ita sensit iampridem sanctus Thomas quemadmodum quodē scripto nō impresso cōperi. Nō pōt igitur iudex cogere subditum vt sibi seorsum veritatem dicat, Et a fortiori ratione non potest eum compellere vt coram accusante vel denunciante crimen sum recognoscat, quoniā non tenetur se prodere seu diffamere. Non tenetur inquam propter ineptum prælati præceptum periculose exponere quod tamen faceret si se proderet, quandoquidem per duos scilicet prælatum & accusantem siue denunciantem conuinci posset. Non tenetur igitur subditus respondere. Quod si prælatus vrgeat vt quicquam respondeat, dicet prælato reuerenter talem præcipiēdi potestatem, taleq; ꝓcedēdi modum non esse prælatis cōcessum, quoniā in occultis iudices esse non possunt. Idcirco nec ī talibus p̄cipere nec officiū iudicis in exteriori foro assumere debent. Et si presumāt, nō tenentur eis subditi obedire qm̄ præcepta huiusmodi nō solū iniqua sed etiā cassa siue nulla existūt. Octaua ꝓpositio, si p̄latus moneat vel p̄cipiat sub pœna excōmunicationis latæ sententiæ generaliter vel specialiter vt criminosus crimen suum proprie occultum secrete seu priuatim reuelet coram ipso prælato qui peccatum eius non nouit, vel coram parte læsa

quę pariter peccatum ignorat, vel corã aliquo seu aliquibus qui peccatum non cognoscunt, vel demun coram accusante vel denunciante qui peccatum ipsum nouit sed testificari nõ potest, non tenetur subditus obedire, quoniã nec peccat non obiendo nec cẽsuram incidit peccatum non reuelando, probatur quoniã tale præceptum non solum iniquum est sed etiam inane quippe quod nihil virtutis habet ob defectum Iurisdictionis. Non enim habent pręlati potestatem in huiusmodi occultis quoad reuelationem fori exterioris etiam secreti quãadmodũ superius dictum est. Sed dices quamuis sententia huiusmodi sit iniqua, non est tamen nulla, quippe que non continet expresse errorem intollerabilem, igitur timenda est. Respõsio. Nõ tantum iniqua sed nulla quoq; est propter defectum Iurisdictionis vt diximus. Eamobrẽ prę lati nullum actum in talibus vt iudices exequi possunt, Non enim sententia dicitur nulla duntaxat quia errorem intallerabilem expresse cõplectitur, sed etiam quia fertur ab eo qui potestatem i hoc nõ habet, Et hic casus generatim omnes continet in quibus sententia iudicis siue pręlati nulla est, hoc est si prælatus potestatẽ aliquam habet tamen in ea re nõ habet in qua fert sententiam. Sed iam de alijs agamus qui peccatum occultum norunt, et tamen nec denũciationem nec delationem nec querimoniam

prelato faciunt & fit in ordine propositio no-na. Non potest præcepto astringere prelatus subditum qui nouit crimē alterius proprie oc-cultum ad ipsum secrete denūciandū sine reue-landū ordine correctionis fraterne prætermis-so. Probatur quoniā prælati nō possunt licite quicquam contra diuinū mandatum præcipe-re, & si precipiant non tenētur subditi obedire qm̄ non potest minor ptās aduersus maiorem Cum igitur xp̄s in præcepto correctionis fra-terne ordinem siue formam dederit, non po-test prælatus contra eam subditum obligare, hoc tamen intelligitur in casu quo talis forma seruanda est vbi enim nō est de necessitate ser-uanda secus sentiendum videtur. Probatur ite-rum propositio, quoniam in tali casu peccaret subditus si ad præceptum prælati denūciaret siue reuelares, quoniam plus tenetur obedire euangelio quam prælato. Itidē prælatus ip̄e peccaret quippe qui subditum induceret ad9 puertēdū ordinem euangelicū. Ideo quādo p babiliter speratur emendatio delinquentis oc-culti, debet priuatim moneri, nec prælato præ-cipienti denūciandū est eius peccatū, dictū est notanter quādo correctionis ordo seruandus est, quoniā interdum licet non obseruato ordi-næ hmōi puta qñ peccatū vergit in graue de-trimētū multitudinis vel alicui9 pticulari spūa-le vel corporale. Tūc enim ad prælati p̄ceptū

ſubditus ſecrete denũciare debet, Similiter qñ monitione præmiſſa, videt peccatorẽ occultũ nolle ſeipſum emendare, tenetur ſi probabiliter ſperat per prelatum correctionẽ fieri poſſe ei reuelare, preſertim quando talis eſt ꝑlatus qualis eſſe debet. Sed queritur ſi ſubditus ſperat emendationẽ fratris per ſecretã monitionẽ quam nondum fecit, quia vel oportunitatẽ nec dũ habuit, vel per negligẽtiam omiſit. An teneatur ſecrete prelato precipiẽti reuelare? Reſponſio ſi prelatus faciat nudum ꝑceptũ nõ tenetur ſubditus reuelare ſz debet quã citiſſime poterit ſecretam facere monitionẽ, Si vero faciat preceptum ſub pœna excõmunicationis late ſentẽtię, debet (vt videtur) ſuperiorẽ adire eumq; orare vt tempus ei concedat ad ſecrete monendum; pctõrem occultum vt ſcilicet ordinẽ euãgelicũ ſeruet. Quod ſi prelatus nolit, nichilominus pareat ſubditus euãgelio potius q̃ ꝑlati. Decima propoſitio. Non poteſt licite prelatus præcipere ſubdito vt ſibi ſecrete denũciet ſeu reuelet crimẽ alterius proprie occultum quod per penitentiam ſufficiẽter correctũ eſt, & nulla eſt probabilis de recidiuo coniectura. Certe ſi timetur recidiuũ, poteſt is qui hoc nouit eque ſufficiẽs remediũ adhibere vt ꝑlatus eius. Probatur propoſitio qm̃ cõtra charitatẽ fraternã eſt ſine cauſa crimẽ alterius reuelare & apud prelatũ de pctĩ macula notare. At

qui nihil in proposito est cur ĩ hoc casu debeat fieri reuelatio, igitur fieri non debet. Itẽ proximi fama semper seruãda est qñ salua cõsciẽtia seruari potest At nihil est in casu propter quod fama cõseruari nõ debeat. Nihil inquã est cud occasio male opinionis prælato tribuatur. Seli obijcet aliquis cum angelo de clauasio qui aater in sũma sua sentire videtur, dicens pctm̃ fr r tris esse prę lato p̃cipiẽti reuelandum siue prę- cesserit monitio, siue nõ siue secuta fuerit cor- rectio, siue non, parendum ẽ eñ prę lato prę ci pienti in his quę pertinent ad eius officiũ p̃ser tim qñ nõ sunt cõtra deũ, debet igitur subdit9 ad prę ceptum prę lati secrete denunciare alie- na crimina occulte cõmissa etiã quę correcta sunt. Responsio. Non pertinet ad officium prę latorũ p̃cipere reuelationẽ criminum proprie occultorũ quę ita correcta sunt, vt nec de reci- diuo quidẽ timor rõnabilis habeatur, cui certe obuiari nõ possit, imo curiositas vituperabilis est talia nosse velle, & abusus quoq; ptãtis est manifestus talium reuelationẽ prę cipere. sed dicit angelus, denũciatio secreta valet ad p̃ca- uendũ recidiuũ, igitur ad p̃ceptũ prę lati fieri debet. Responsio quum in casu nõ sit timor rationabilis de recidiuo, cui saltẽ is qui uouit oc- cultum peccatũ nõ possit æquę bene obuiare sicut p̃latus, nihil ẽ causę cur fama delinquẽtis occulti ledi debeat. Item talis reuelatio ad ni- hil utilis esse potest, sed ediuerso facile potest

nimicitias & odia generare. Nam vel prælatue peccatum quod sibi detectum est dicet ei qui peccatum ipm admisit vel non. Si dicet, dubiũ non est quin reo detur occasio odij & rãcoris aduersus eum qui crimẽ eius occultũ retexit. Si vero prelatus non reuelet expræsse, sed tamen plus solito obseruet eum qui crimẽ commisit, facile conijciet ipse reus crimen suum prelato reuelatum fuisse, & sic maligne suspitiones, occasionesq; malorum excitabuntur. Si vero prælatus non manifestat ipsi reo peccatum, nec reum quoq; ipsum obseruet, ad quid (precor) conducet talis cognitio. Nũquid iuuat pudenda temere intueri? Adde q hmõi obseruatio curiosa potius esset quã fructuosa. Igitur quũ nec denunciatio nec obseruatio huiusmodi quicquam vtilitatis in casu habere possit, seruanda non est. Sed dicit iterum angelus talis denunciatio non est in preiudicium fame præsertim si talis sit prelatus qualis esse debet Responsio, imo talis reuelatio est fame lesiua seu male opinionis per se generatiua, & propterea sine causa rõnabili (que i proposito nulla est) fieri minime debet, item plati homines sunt, arbitriumq; liberum ac vertibile habent. ac ppterea si aliquo tempore boni & in subditos bene affecti existunt mutari & male affici queũt. eamobrem nõ est temere faciẽda eis denunciatio que lapsu temporis prebere pos-

ſet anſam deſpiciendi, defamandi, vel alias per ſequendi ſubditos ſufficienter emendatos. Ad de q̃ ſubditi non parũ timent eſſe in mala ſuorũ prælatorũ opinione, & interdum grauiſſimũ aliquid pati mallent quam quod ſua occulta crimina a ſuis prelatis maxime extra cõfeſſionẽ reſcirentur, eapropter ſecũdũ dictamen recte rõnis non debent eis ſine grandi ac rõnabili cauſa crimina ſubditorũ occulta reuelari, preſertim quę plene correcta ſunt. Deniq; ſatis eſſe debet prælatis ſi noticiã habeant eorũ quibus prouidere tenẽtur & de quibus ſunt rõnem reddituri. O vtinã hęc facerent, & de cognitione occultorũ ſe temere nõ intromitterẽt quę res potius eis cauſam turbationis & offenſionis quam vtilitatis tribuere põt, Igitur ſi angelus cum ſuis affectatoribus velit in hoc caſu precipere reuelationem hmõi faceſſat a nobis quoniã tam ſepta pręcepta nõ recipimus, ſed penitus improbamus. Vndecima propoſitio. Si prelatus nõ ſit talis qualis eſſe debet. ſed durus, immitis, vindicatiuus & pręcipiat generatim vł ſpeciatim ſubdito vt crimẽ alterius proprie occultũ ſibi ſecrete reuelet, non teneť ſubditus obedire pręſertim ſi per ſigna ſatis probabilia ſiue coniecturas ſufficiẽtes credat pręlatũ ipſum velle criminoſũ defamare ſeu grauibus detrimẽtis eũ afficere. Probatur qm̃ pręlatus nullã habet in hoc caſu ptãtem pręcipiẽ

di,quũ pręceptum huiuſmodi ſit illicitũ. Non enim licitũ ē ei qui nouit crimē alterius occultum cuiquã reuelare quando ex tali reuelatione non ſolum nulla ſperatur emendatio delinquentis, ſed etiam probabiliter creditur detrimētũ aliquod graue eſſe cõſecuturum. In hoc enim caſu temere leditur fama delinquētis occulti & etiã ſine cauſa datur prælato argumētum grauiter nocendi & ſubditũ ſuũ perſeqnēdi, hoc enim perinde eſt ac ſi furioſo gladius tribueretur hoc igitur cum licitũ non ſit, præcipi ſane nõ poteſt. Duodecima propoſitio ſi prælatus moneat vel pręcipiat ſub pœna excõmunicationis late ſententię vt fiat ſibi ſecreta reuelatio criminum ꝓprie occultorũ cõtra formã a xp̄o præfixã, aut etiam qñ peccatũ ſufficienter correctum eſt vt dicitur in propoſitiõe decima, vel qñ prelatus nõ eſt talis qualis eſſe debet & ſufficiēter ſcitur quod vult tendere nõ ad correctionē ſed ad defamatiõez ſeu vindictã relicta via iuſticie, nõ tenetur ſubdit9 in p̄fatatis caſibus ei obedire, nec ſententiã quoq; ipſius formidare. Etem̃ duas ob cauſas pręceptũ ſiue ſentētia hmõi nullius eſt momēti. Prima q9 nihil habeat in talibus authoritatis, qm̃ teſte ſctõ thoma.z.ſecunde, p̄lat9 nõ eſt iudex occultorũ criminũ niſi inqtũ per aliqua iudicia manifeſtãtur, puta p infamiã, ſemiplenã ꝓbationē, p̄ſũptionē vehemētē vel alia id gen9. At in p̄fatis caſibus nullũ eſt tale iudiciũ per quod

manifesta fiāt, alioqui nō essent pctā ꝓprie oc culta: sed ad aliud gen⁹ occultorū ptinerēt, igi tur nō pōt p̄latus vt iudex in eis ꝓcedere: nec etiā reuelationē p̄cipere. Cū eñ in eis ptātem non habeat quo ad reuelationē fori exterioris ꝯñs est snīam ei⁹ nullā esse ꝓpter defectū iu risditiōis, & iō timendā nō esse. Altera cā ē qa pręceptū hmōi est illicitū, & ꝓpterea ei parē dū non est. Sed dicet aliquis: qñ snīa expresse nō cōplectitur errorē intollerabilē, esto sit ini qua, tñ nō est nulla, eamobrē timēda est. Re sponsio nō solū iniqua est sed etiā nulla ꝓpter cās adductas. Porro ille plane deluditur qui putat cōsequētiā hanc valere: scilicet snīa ni hil expresse cōtinet illicitū vel īpossibile, igitur nō est nulla, qm̄ aliis modis snīa nulla ēē pōt Et satis ē ī foro cōsciētię si subditus certo sciat sententiam esse nullam ad hoc quod obedire non teneatur in hmōi occultis. Tertiadecima ꝓpositio in casibus quibus subditus tenetur iu re diuino vel alias denūciare siue reuelare se crete peccatū alterius occultū etiā si nulla ei fiat monitio p p̄latum: pōt ī eis p̄lat⁹ p̄cipere denūciationē secretā sibi fieri, cui & subdit⁹ obe dire teneť secretā reuelationē faciēdo, ꝓbatur qa tale p̄ceptū est obligatoriū ex quo iuri seu rōni cōsonū est. Itē ante p̄ceptū siue monitio nē p̄lati tenebatur rñdere subdit⁹, igitur & ad p̄ceptū p̄lati tenetur, imo forti⁹ teneť q̄ antea quia p p̄ceptum p̄lati noua accessit obligatio.

Itaq; si præcipiat prælatus in talibus reuelationem secretã sibi fieri sub pœna excommunicationis latę sententię, subditus in eam incidet si non reuelauerit secrete quod nouit. Sed dices prælatus non est iudex in huiusmodi occultis quemadmodum iam dictum est, igit̃ nõ potest in eis quicquam præcipere. Responsio. Esto non possit vt iudex proprie siue directe precipere, potest tamen indirecte vt sibi tanq̃ patri secreta fiat reuelatio. Nam præceptum eius participat siue communicat cum diuino mandato quapropter tũc potest astringere saltem indirecte. At non potest per præceptũ mere humanum ꝓprie, id est per se, immediate, & directe, obligare ad reuelationem faciẽdam criminum proprie occultorum, de negotio autem huiusmodi multa dicentur in sequẽtibus, Idcirco ad forum publicũ siue contentiosũ transeamus.

CAPITE DECIMOSEPTIMO probatur ecclesiam non posse astringere peccatorem occultum ad crimina proprie occulta quę ab eo cõmissa sunt in foro exteriori & publico seu cõtentioso. & obiectio prima ab exẽplis sacre pagine sumptis dissoluitur.



Xcutiam9 igitur an ecclesia siue prælatus possit astringere ad crimina hoc est delicta grauia quæ sunt ꝓprie occlta, i foro exteriori & publico seu contentioso reuelanda, Cui questioni breuiter respondentes dicimus propositionē huiusmodi, Non potest ecclesia siue prælatus licite astringere eos qui peccata siue crimina grauia commiserunt ad ea in foro exteriori & publico reuelanda quādo proprie occulta sunt, probatur hęcpropositio. Non potest licite prelatus id precipere ad quod non seꝑtendit eius potestas. Atuero prelatorum authoritas nō se extendit ad crimina proprie occulta palam reuelanda vt scilicet licite ꝑcipere queant publicā eorū manifestationem sicuti colligit̄ ex. 35. q. 5. c. si qs vbi dicit̄, Incerta nemo pōtificū idicare ꝑsumat & quāuis vera sint non tn̄ credēda nisi q̄ certis iudicijs cōprobat̄. Itidē ad forū publicū siue tribunal ecclesię tm̄ deduci debent quę ad ipm ꝑtinēt. Atuero ad ipm pertinent ea dūtaxat quæ manifesta sunt aut mō legitimo ꝓbari possunt Igitur ad forū hmōi sanę deduci tm̄ ea possūt quę manifesta sunt vel ꝓbari queūt. At ꝓprie occulta nō sunt hmōi. Igit̄ ad ipsum sanę traduci nō pn̄t, Hinc glossa clemē. c. primo de hęreticis ait de oīno occultis noīatim nō iudicat tribunal ecclesiæ, Et glossa in. c. erubescant

32. distinctiõe ait, ecclia nõ iudicat de occultis Et recte sanę. quandoquidẽ in foro publico tan tũ iudicat saltem nominatim & particulariter de his quę manifesta sunt rei euidentia vel pro pria ꝯfessiõe in iudicio facta, vel legitima ꝓba tione per testes aut instrumẽta, vel alia iudicia effecta. Porro nõ põt prælatus subdito præci= pere vt faciat quod licite facere non potest. At= qui subditus criminosus non potest licite suum crimen occultum palam retegere, Hoc enim si faceret, de numero illorum esset de quibus dici= tur peccatum suum quasi sodoma prædicaue= runt. Confirmatur non potest prælatus subdi= to iubere vt curam nõ habeat de bono nomine aut certe si iubeat non tenetur ei subditus obe= dire vtpote præcipienti contra diuinã iussionẽ dicentem. Curam habe de bono nomine. Atue= ro curam non haberet peccator occultus de bo no nomine si scelus suum proprie occultum pu blice proderet, Cõfirmatur iterum. Non potest prælatus astringere subditum ad maledictionẽ incurrendam. At hoc faceret si eũ impelleret ad peccatum proprie occultum publice reuelãdũ, quoniam subditus ipse tunc famã negligeret & ꝯsequẽter maledictionem incurreret quoniam maledictus qui famam negligit prouerbio. 13. Insup nõ põt iuste prælatus subditũ suũ impel lere vt seipsum palam defamet seu famã suam publice perdat quãdo non meruit publice de

famari. At subditus propter crimen occultum non meretur famam publice perdere seu palã infamari. Confirmatur tertio. Peccator ratione peccati occulti non est indignus fama publica imo potest ei iuste competere ergo non potest ei iuste per superiorem auferri quod tamen cõtingeret si ad iussum eius crimen occultum publice panderetur. Confirmatur quarto. Nõ sane potest superior sui subditi opes iniuste tollere, igitur nec famam eius, quum bona fama melior sit quam opes multe, Atqui famam illius tolleret, si eum cogeret ad peccatum proprie occultum palam reuelandum. Ad hæc si prelatus hoc licite facere posset maxime esset propter subditi emendationem vel punitionem (si enim propter subditi cõfessionem aut vindictã hoc faceret, perperam ageret). At hoc nõ, quãdoquidem pro secreto peccato satis est pœnitẽtiam secretam facere nec opus est secretũ peccatum publice confiteri, quemadmodum probatur auctoritate crisostomi super epistolã ad hebreos dicentis. Non tibi dico vt te prodas in publicum neq; apud alios accuses, Item auctoritate magistri, quarto sententiarum Distinctione. 17. qui tractans verbum præfatum crisostomi dicit in hunc modum. Sufficit vbi crimen occultum est soli deo per sacerdotem dicere & semel. Nec oportet publicari corã multis quod occultum est. Sicut enim publica

noxa publico eget remedio. Ita occulta secreta cōfessione & occulta satisfactiōe purgatur. Hęc magister. Quum igitur possit crimen occultum secrete sine iactura famę purgari, temerarius esset qui palam ipsum proderet vel ad prodendum impelleret. Quid plura? Non potest sanæ prælatus id pręcipere ad quod passim sequerētur mala quam plurima vt vindicte, inimicitię, odia. vulnera, homicidia, supplicia extrema, & alia genus. At uero si publicam criminum occultorum manifestationem pręciperet, passim sequerentur prefata incomoda. Nam qui offensi essent per crimiua occulta, in iram & odium exardescerēt, similiter iudices pœnas criminalibus peccatis debitas reposcerent, & sic tandē periculis & detrimētis multis grauissimisq; peccator occultus exponeretur. Deniq; nullo iuræ nullaq; ratione ostendi potest pręlatos ecclesiæ iuste posse impellere peccatores occultos ad grauia peccata publicæ reuelanda quando proprie occulta sunt, imo iura sonant ea esse iudicio diuino relinquēda, vt patet. 2. q. 4. c. consuluisti & peccata latentia non habere vindictam. 3 z. q. h. c. christiana & deum solum de ipsis iudicare vt patet z4, q. 3 deus qui, & 9. q. 3. aliorum, &. 3z. distinc. c. erubescāt. Quibus animaduersis non potest ecclesia siue pręlatus per suum pręceptum vel alias astringere reos criminis occulti ad seipsos publicę prodendos.


Verum contra huiusmodi propositionem quã plurimę possunt fieri obiectiones quas adferre diluereq; nobis certũ est vt veritas magis elucescat. Prima igitur obiectio sumatur ab exemplis sacre scripturæ. Etenim per exempla diuinæ paginę liquet superiores licite posse de peccatis proprie occultis inferiores palã interrogare. At vero cũ licite & iuridicę iferiores interrogãtur a suis superioribus tenẽtur inferiores ipsi palã respondere & veritatẽ dicere super interrogatis. Probatur assumptum, Imprimis exẽplo dei qui cayn fratricidem interrogauit dicendo vbi est abel frater tuus? geñ, 4. Item exemplo Iosuæ qui præcepit acham vt palam confiteretur furtum occultum quod commiserat capiendo de anathemate quemadmodũ patet Iosuę septimo vbi sic habes. Fili mi da gloriam dño deo israel, & confitere atque indica mihi quid feceris ne abscondas. Respõditq; acham iosuę & dixit ei vere ego peccaui domino deo israel, & sic & sic feci. Itidem probatur exemplo Helisęi qui puerum suum Giezi interrogauit sup occulto scelere dicẽs. Vnde venis Geizi. Nam ipse Geizi concurrerat post Naamam syrum a lepra curatum, & clanculum vestes & argentũ ab eo acceperat vt patet quarti reg. capite quito. Similiter probatur exemplo beati Petri apostoli qui ananiam & saphyram palam iterrogauit vt veritatem dicerent super vẽditione

agri de cuius ꝑcio fraudulẽter & occulte partem sibi retinuerãt,quẽadmodum cõstat actuum quinto. Quum igitur prælati queant imo debeant vestigia dei ac sanctorũ patrum imitari,sane possunt subditos super criminibus occultis publicę interrogare & eos ad dicendam veritatem suo pręcepto impellere. Responsio Præfata exempla nihil aduersantur ꝓpositioni pręfatę,quę intelligitur qñ humano modo proceditur. Ergo negatur assumptum. Et ad primam probationem deus non interrogauit Cayn super occisione fratris vt daret exemplũ interrogandi vel etiam confitendi publice peccatum proprie occultum, quoniam solus erat Cayn quando ab ipso deo fuit interrogatus, sed interrogauit vt ipsum Cayn ad peccati commissi confessionem saltem interiorem(quę est peccati commissi recognitio ac detestatio) misericorditer excitaret. Ad alteram probationem,furtum anathematis non fuit modo humano depręhensum : sed diuino. Nam deus pecccatum illud primo generatim reuelauit, Deinde pręcepit vt sortes mitterentur,& quisquis in tali facinore depręhenderetur, morte afficeretur. Quum itaque acab filius charmi fuisset depręhensus Iosue ei pręcepit vt peccatum suum confiteretur quodquidem partim ex reuelatione diuina,partim ex ipsa depræ-

henſione iam quodãmodo manifeſtũ erat. Idcirco potuit iosue qui dux ac princeps erat imperare publicam peccati manifeſtationem. At ex hoc nõ ſequitur prȩlatum qui humano modo procedit, poſſe impellere ad publicam confeſſionem peccatorum proprie occultorum. Ad aliam probationem heliſeus peccatũ pueri ſui non deprȩhendit humano modo, ſed reuelatione prophetica. Et nihilominus peccatum ipſum nõ redarguit publice, ſed priuatim quamquã deus ipſe ad exemplum & terrorẽ giezitarum peccatum ipſum patenti animaduerſione lepræ mulctauit. Ad quartam probationem ſimiliter dicitur peccatum ananię & ſaphyre non deueniſſe ad noticiam petri humano modo, ſed reuelatione diuina. Eamobrem non proceſſit in peccato ſecundum formam humani iudicii: ſed vt executor diuinę voluntatis exiſtens ſubita eos morte puniunt, quæ quidem ſibi interius reuelata fuiſſe creditur vt daretur exemplũ poſteris prȩſertim qui paupertatem vouerunt & quicquam bonorum communitati dederunt ne poſtea quicquam ſua auctoritate clanculum retineant vel furtim accipiant. Sed ex prȩfatis exemplis colligi non poteſt ſuperiores qui humano modo procedunt poſſe impellere reos criminis proprie occulti ad publicam confeſſionem nec

trahi possunt in consequentiam prædicta exẽ pla quę ad alium finem alioq; modo diuinitus facta sunt.

CAPITE DECIMOOCTAVO. soluitur altera obiectio ex quibusdam senten- tijs siue sacrę scripturę effectu quæ nititur ꝓ bare ecclesiam posse delinquentem ligare ad sua crimina proprie occulta in foro publico re uelanda.


ED ALTERAM adferam⁹ obiectionem a sententijs siue au thoritatibus sacrę paginę desum ptam. Imprimis Christus præce pit vt subditi faciant quæcunq; a suis prælatis iubentur, omnia (inquit) quęcũq; dixerunt vobis seruate & facite, Matthę. 23. Igitur si prælatus suo subdito pręcipiat, vt cri men suum occultum, publicę detegat, debet superiori præcipienti obedire, suumq; crimen quantumuis occultum palam reuelare. Quod quidam & Paulus comprobat qui ad Roma- nos scribens. 13. capite sic ait. Qui potestati re sistit, dei ordinationi resistit, Qui autem resi- stunt, damnationem sibi acquirunt, Ergo pro sententia Pauli debet subditus audire prelato pręcipienti publicam occulti criminis confessio nem, Alioqui potestate & dei ordinatiõi resistit

præcipienti publicam occulti criminis confessionem. Alioqui potestati & dei ordinationi resistit. Confirmatur, Is qui nouit peccatum alterius occultum debet ipsum prælato manifestare, igitur & ipse reus criminis tenetur peccatum proprie occultum reuelare. Probatur consecutio huiusmodi, quoniam tantum imo plus debet quisq; sollicitus esse, & remedium adhibere in his quę ad salutem propriam pertinēt, cuiusmodi est emendatio peccatorum quam quicunq; alius. Probatur autem assumptū per illud leuiti. quinto, Si peccauerit animo & audierit vocem iurantis testisq; fuerit quod aūt ipse vidit, aut conscius est nisi iudicauerit portabit iniquitatem. Ex his enimverbis innuitur peccatum periurij occultum esse reuelandum ab eo qui ipsum secrete nouit. Itidē probatur per illud, matthęi octauo. Si peccauerit īte frater tuus vade & corrige eum inter te & ipsum solum &c. Et sequitur, si non audierit eos dic ecclesiæ. Ex hoc enim loco euangelico patet occultum pctōrem si ad secretam monitionē se nō emendauerit tandem esse prælato ecclesiæ palam denunciandum. Responsio, præfatę auctoritates non probant grauia peccata proprie occulta palam esse adiussum prælatorum manifestanda. Imprimis auctoritas illa ex matthęo adducta hoc non probat si sanę

confessionis manifestatio secreti quod est apta secreti materia & in proposito manifestatio publica criminis proprie occulti. In his enim nõ est superior audiendus, nec curandum eius p̃ceptum. Ad cõfirmationem negatur assumptũ si de publica manifestatiõe intelligatur. Et ad primam auctoritatem ex leuitico de promptam dicitur quod nihil obest si sane capiatur. Intelligitur enim hoc modo secũdum augustinum. Si quis audierit aliquem falsum iurare & illud quod iuratur falsum esse secrete nouit puta quia solus vidit vel audiuit, vel qui iurauit, indicauit ei, debet falsum iuramentum indicare non quidem iudici præsertim in foro publico, quia forte is qui iurauit incurreret periculum mortis si sic proderetur, sed priuatim illi personæ quę potest periuro prodesse & non obesse vt patri matri sacerdoti & cetera. Altero modo sic exponitur. Si iudex exigat ab aliquo iuramentum de dicenda veritate eius quod nouit, si amore inordinato vel odio noluerit veritatem indicare, et per eius silentium veritatis probatio haberi non potest, quæ tamen fieri plenæ posset si vellet dicere veritatem ille portabit iniquitatem suam. Ex his enim expositionibus non cõficitur peccatum proprie occultum esse publice reuelandum. Ad

altera m auctoritat ex matheo citatam faci lior est rñsio quã eius interpraetatio, ppterea quod varie exponitur. Quidem enim eam intelligunt dũtaxat de peccatis occultis que pbari possunt, vt sit sensus. si peccauerit ĩ te. i. te sciẽte cũ alijs corripe imprimis secrete, deinde si nõ sequatur emendatio, corripe cũ alijs qui peccatum tecum nouerunt. Alijs vero in quibꝰ est lyranus tantum intelligunt de peccatis proprie occultis vt sit sensus. Si peccauerit in te. i. te solo sciẽte. Alij vero de vtroq; genere occultorũ accipiunt. Alij de peccatis non tantũ occl'tis sed etiam manifestis interpretantur, quę quãuis palam arguẽda sint ab ijs quorum intereft, nec sufficiat in eis correctio secreta, quãdo tamen ad secretam monitionẽ probabiliter speratur emendatio fratris, sane fieri potest, imo debet, quando correctio publica negligitur. Deniq; a nonnullis exponitur dũtaxat de peccatis cõmissis. Ab alijs vero etiam de committendis tam mortalibus quãvenialibus quę tamen propinquę disponunt ad mortale vt sit sensus. Si quis te sciente peccatum commisit vel etiam in affectu, proposito seu deliberatione peccandi fuerit corripe eum, & cetera. Si ergo de peccatis manifestis vel etiam occultis quae probari possunt intelligatur, nihil obest, quoniam hic non loquimur de manifestis

vel occultis improprie, quę scilicet probari possunt, in quibus quidem locus ille euangelicus potest secundum omnes suas partes obseruari, quę sunt, secreta monitio, testium inductio, publica denũciatio, & tandem per censuram ecclesiasticam separatio siue sequestratio Eamobrem expositio quę de his occultis efficitur, multum apta est, quippe quę litere plurimum quadrat. Sed (vt dictum est, nihil proposito nostro eduersatur, quoniam de talibus occultis hic non agimus, sed de illis quę probari nequeunt, & proprie occulta vocantur. De quibus si locus prefatus intelligatur vt lyrano placet, etiam nihil nobis officit, quoniam per ipsum non præcipitur vt peccata proprie occulta publice reuelentur vel ecclesiæ palam denuncientur. Nec intenditur vt totus ille locus & ordo euangelicus in istis ꝓprie occultis obseruetur quando non potest passim in eis fieri testium inductio, nec publica denũciatio. Itaq; in his occultis satis est seruare præceptũ ipsum ad intentionem præcipientis quantum pro ratione fieri potest puta, quod adhibeatur. secreta monitio quando profutura probabiliter existimatur. Et si eam non audierit delinquens occultus, dicatur priuatim & secrete prælato vt bono viro qui orando & monendo prodesse poterit, Nihil enim aliud in istis pro

rum & processum intentaturum contra ipsum corripientem allegando q ab eo diffamatus sit,quam quidem defamationem per testes in ductos probare posset, periculosum igitur esset in hoc casu testes īducere,quod quidem nō intendit sapientissimus legislator christus. Nō intendit inquā vt quisquā pro negociis alienę conscientię talibus se periculis exponat, presertim quum alia via corripiendi, quę supradicta est,sufficiat pro delinquentibus proprie occultis,Age vero si testes possint quandoq; sine periculo & temeritate indici, non propterea sequitur peccatum proprie occultum esse publice reuelandū seu denunciandum quia quāuis testes secretum teneant,tamen non est amplius proprie occultum,deniq; non sequitur si aliquis possit impelli ad reuelandum peccatū alterius proprie occultum, q ipse auctor peccati licite possit astringi ad proprium peccatū quod proprie occultum est publice reuelandū quoniam auctor sceleris se defamat publice reuelando, alius vero qui.s.non suum sed alienum scelus manifestat,propterea non se diffamat.

CAPITE DECIMONONO dissol uit tertia obiectio quo ad reuelationẽ criminũ proprie occultorum in foro publico. Item quar ta diluitur obiectio scilicet ꝙ per viam iuramẽ ti hoc fieri possit.



AETERVM tertia subnectaꝛ obiectio Prælatus sciens pecca tum subditi occultum puta quia solus aderat quum peccatũ illud committebatur, potest peccatum ipsum palam prodere siue proponere, Igitur pari ratione potest ipsum subditũ impellere ad peccatum suum proprie occultum publice reue landum. Cõfirmatur si peccator occultus in pu blico petat venerabile sacramentum altaris sibi ministrari, põt prælatus ei publice denegare. Si enim tribueret prælat9 quod ab eo subditus petit, ipsum spiritualiter per imeret, quia mor tis spiritualis ansam ei præberet. Item si præla tus celebrans aut celebrare paratus videat ali quem ex suis subditis excommunicatũ adesse, cuius tamen excommunicatio a nullo præter quam prelato ipso comperta est, tenetur a dini nis cessare, sed hoc faciendo palam prodit pec catorem occultum. Responsio. Non est in hac obiectione magna difficultas quod consequen tia nullius sit momenti. Non enim sequitur si prælatus prodere possit peccatum occultum,

quod reus peccati occulti teneatur se palã prodere, Nihilominus ad materiam argumenti respondentes. Negamus prælatum licite posse speciatim et publice proponere siue manifesta re peccatum subditi proprie occultum quando graue siue criminale peccatum existit. Potest (fateor) leue peccatum quod famę non detrahit palam ꝓponere, Potest & de grauibus peccatis eum priuatim & secrete arguere. Potest & in genere peccatum siue peccatorem ꝓprie occultum redarguere exemplo christi qui iudam ꝓditorem admonuit dicens. Vnus vestrũ me traditurus est. Quinetiam si damnum passus, petat a prælato iustitiam. Potest ipse prælatus excommunicationem generatim ferre, etiam si per confessionem peccatum ipsum nouit vt dicit. in. c. sacerdos de officio ordinarij. At non potest nominatim & specialiter peccatum graue proprie occultum publicę proponare siue manifestare simul cum auctore ipsius peccati. Ideo caueant prælati ne crimina subditorum publice proponant quę probare non possunt. Sed obijciet aliquis contra id quod obiter dictum est. sc3. prælatũ posse palam proponere peccatum leue sui subditi quod famæ non detrahit. Si enim peccet prælatus mortaliter graue peccatum sui subditi proprie occultum detegendo, Is venialiter peccat detegen-

do pctm̃ veniale sui subditi, ꝑp rie occultum Consequentia huiusmodi nullius est momenti quoniam nullum sequitur detrimentum quan-do peccatũ leue discrete ꝓponitur sed vtilitas subditi & correctio inde resultat iõ non peccat prælatus discrete hoc faciendo. Sed cũ reuelať graue peccatũ multa detrimẽta sequũtur vel se qui possũt. Ad confirmationem negatur assum ptum si tempore & loco debitis exigat, nec pro pterea eũ occidit sed miser ille seipsum misere perdit, nec est simile de furioso qui suum petit gladium vt aliquem perimat quoniã potest ei tunc sine peccato denegari, quandoquidem ex tali denegatione, nihil scandali gignitur, nec quisquam defamatur, nec ipsi furioso vllum fit detrimentum, sed ediuerso eius consulitur salu ti. Ad alteram confirmationem. Respondetur si, prelatus videat excommunicatum occultum in ecclesia, non debet propterea a celebratione cessare si celebratio ita sit necessaria vt eam si-ne scandalo prætermittere non possit, At in ce-lebratione votiua quam citra notam siue scan dalum prætermittere potest, secus est dicendũ, At ex hoc non conficitur quempiam astringi posse ad crimen proprie occultum publice re tegẽdum? Sed dicet aliquis. põt saltẽ reus ꝑ viã interrogatiõis iudicialis ꝑ superiorẽ astringi ad

peccatum suum proprie occultum palam reuelandum. Enimuero tenetur reus criminis proprie occulti interrogationi siue positioni criminosæ palam respondere, quandoquidem potest ipsi reo per iudicem indici purgatio quando ex aliqua probatione actoris orta est in ipsum reũ præsumptio, igitur potiori ratione potest compelli vt interrogationi criminosæ respondeat, quum longe facilius sit respondere quam se purgare. Confirmatur tenetur reus dicere veritatẽ iudici quam secundum formam & ordinem iuris ab ipso exigit. Alioqui peccat ip̃e reus si suo iudici veritatem huiusmodi pandere noluerit, sed ita videtur esse in proposito, igitur, Responsio. Peccator qui crimen proprie occultum commisit, quando scilicet non est depręhensus, nec confessus, nec conuictus, nec diffamatus non tenetur interrogationi criminosę per iudicem facte palam resp̃odere, quoniam nec iudex eum potest iuridice interrogare. Nulla enim equitas (vt innocẽtius ait) potest iudicem mouere vt reum interroget de occultis, quoniam occulta publicanda non sunt, deficiente autem equitate non est locus interrogationi iudiciali. Ergo reus pure occultus non tenetur interrogationi criminosæ respondere. Et cum obijcitur quod purgatio indici potest. Respondetur si reus ipse sit infamatus apud suum iudicem

& ifamia publica laboret apud multos bonos grauesque viros (quę ab inimicis orta non est) tunc tandem seruatis seruandis poterit ei iudici purgatio & iuramentum ab eo exigi. Et in tali quoque casu tenetur respondere quando scilicet crimen est famosum pręsertim si procedatur ex mero officio per modum inquisitiōis Tenetur etiā quando crimen notorium est vt dicunt innocentius & panor. Si vero nec famosum nec notorium existat, non tenetur reus interrogationi criminose respondere. Sed & si ꝓcedatur per accusationem vel actionem, quod fit ad instantiam partis, licet de equitate teneatur respondere, quando crimen famosum est, & executionem ordinis impedit pręsertim si ad poenam spiritualem tantum procedatur, non tamen alias respondere astringitur, quandoquidem nulla æquitas suggerit vt quis debeat crimen suum prodere ad instantiam partis, etiam si sit infamatus, vt ait panormitanꝰ quum infamia sępe sit fallax. Et in hoc dissentit ab innocentio qui vult si reus est infamatus quod semper respondere teneatur. Sed tamen ambo in hoc consentiunt quod reus non teneatur dum peccatum est occultum, interrogationi criminose respondere. Non tenetur igitur criminosus proprie occultus palam dicere se criminosum esse. Ad confirmationem concesso assumpto negatur quod ita sit in proposito.

Quod autem dicunt aliqui in quibus est beatus Thomas.zz. questione.69.quod in tribus casibus potest superior querere veritatem & in eis tenetur subditus veritatem suo superiori dicere scilicet quando præcessit infamia. Itẽ quando aliqua expresse iudicia apparuerint, tertio quando præcessit probatio semiplena, admittuntur duo prima si saltem intelligãtur vt dictum est. At tertium negatur si intelligatur de occultis criminibus & in foro publico. Non enim tunc reus tenetur palam prodere veritarem criminis occulti vt patebit ex sequentibus. Et nihilominus si hoc admittatur præsenti negocio nihil aduersatur, quum in eo agatur de criminibus proprie occultis, in quibus nec infamia, nec iudicium sufficiens, nec semiplena probatio locum habet. Quarta obiectio, Potest criminosuss per viam iuramenti ad peccatũ suum proprie occultũ publice reuelãdũ astrĩgi. Enimuero si iudex ab eo iuramẽtum exigat de veritate dicenda, tenetur iuramentum præstare, ergo quum teneatur non mentiri, crimen suũ occultum prodere debet probatur assumptũ quia iuramentum necessariũ quod scilicet a iudice defertur, recusari non põt. Tum etiã quia si agatur de crimine ciuiliter, potest iudex indistincte iuramentum deferre cui voluerit, igitur si deferat reo tenetur ipse reus iuramẽtum subire. Tum tertio quia

fertur a iudice. Iudiciale quod defertur parti a parte. Extraiudiciale vero est iuramentũ quod fit extra iudicium, et dicitur voluntariũ quod voluntarie prestatur,et est triplex,scilicet assertorium,promissorium,& confirmatorium de quibus non est modo dicendum per singula,His prefatis dicimus per nullam speciem iuramenti reum astringi posse ad peccatum suum proprie occultum publice reuelandum non enim per iuramentum voluntarium vt a parte liquet, Nec per iudiciale, quoniam nec iudex nec actor potest ipsum reum ad id impellere vt ex sequentibus elucescet. At primam igitur probationem,Respondetur, Iuramentum non dicitur necessarium ꝙ nullo modo recusari valeat, sed quia delatum a iudice non potest sine iusta causa recusari, tamen ex causa refutari potest. Iusta autem recusandi causa est quum iudex vult exigere iuramentum de crimine proprie occulto, hoc enim ei non licet. Itaque si iudex velit reum vrgere ad iurandum in eo casu.Iustam habet causam appellandi quoniam non potest in eo casu. Iuramentum deferre. A secundam probationem non parua difficultas est quando & cui sit iuramentum a iudice deferendum,sed quantum ad presens negocium pertinet,dicimus iudicē aliquando nulli posse iuramentum deferre, seu non debere,scilicet quando scit vel scire

præsumptionem pro se bonam habet potest interdum iudex impellere reum ad iurãdum. Nam quando non est plena probatio sed tantum gradus aliquis probationis, puta bona p̃sumptio siue plena probatio iudex potest iuramentũ deferre si pensatis circũstãtiis ita viderit faciendum. Sed tamen vbi concurrunt necessaria ad prestationem iuramenti, tunc debet iudex iuramentum deferre. Alioqui ab eo sane potest appellari. Cui autem sit iuramentum a iudice deferendum in casu quo licite deferri potest digladiantur ita inter se iuriste vt quot capita tot fere sint opiniones. Sed his p̃termissis dicamus quod verisimili⁹ nobis videtur, Imprimis non potest iudex iuridice actori iuramentum deferre in supplementum probationis qñ agitur de crimine criminaliter. Non enim tunc admitti debet actor ad faciendũ aliquem gradum probationis, qñ in criminalib⁹ debent testes esse omni suspitione maiores. Itidem si agatur de crimine ciuiliter non potest iudex actori deferre iuramentum si actio est famosa vt furti & iniuriarũ, vel etiam si famosa non sit, est tamen magna multumque p̃iudicialis. Nõ est igitur verum quod iuriste quidem dicunt scilicet iuramentum iudiciale, vel necessarium posse indistincte deferri, quando agitur de crimine ciuiliter, Hoc enim non videtur equitati consonum. Potest autem actori

iuramentum deferri in aliis causis quã famosis & criminalibus, quando est persona legalis honesta bonæq; famę quę semiplenã probationem puta vnum testem legitimũ, vel bonam seu vehementem præsumptionem pro se habet, & causa nec magna nec multũ prĕiudicialis est, his enim cõspirantibus potest actori iuramẽtũ deferri si ita iudici videatur. Alias secus. Quantũ vero ad reũ pertinet, non potest iudex reo inuito iuramentum deferre etiam si in ciuilibus agatur, quando nihil actor ꝓbauit qm̃ in eo casu reus est absque omni onere absoluendus vt patet. c. finali de iureiurando. Igitur non est tunc ad iuramentum vel ad probationẽ impellendus, quoniã in eo casu nõ tenetur quicquam probare ad absolutionem cõsequẽdam. Et si deferatur ei iuramẽtũ, libere recusare potest siue a iudice siue a parte deferatur. Eamobrẽ dicit panor. eos hallucinari qui credunt actorem indifferenter posse reo iuramentũ deferre. Non enim potest, quãdo nihil pœnitus actor ipse probat. deniq; nõ potest iudex reum impellere ad iuramentum præstandum in iis ad quę non se protendit eius potestas. Id circo non potest iuramentum deferre reo inuito, quãdo crimẽ eius ita est occultũ vt nulla sit de ipso infamia, nec bona seu vehemẽs præsumptio, quãdoquidem talia crimina que proprie occulta dicuntur nõ pertinent ad


iudicē ꝑ tribunali sedētē. Sed & alijs in rebus
quę crimina nō sunt nō pōt iudex reo inuito
deferre iuramentum quādo actor nec ꝓbatiō
nē nec pręsumptionē sufficientē pro se habet,
igitur a fortiori quando agitur de crimine non
potest imo abuteretur potestate si iuramentū
in eo casu vellet a reo exigere. Et nichilominꝰ
si per ignorantiam vel maliciam hoc attentet,
reus iustam habet appellādi causā. Atuero po
test iudex deferre iuramentum reo in defectū
probationis ad absolutionē siue purgationem
quando ipse reus est infamatus. Ex his liquet
affatim dissolutā esse secūdā probationem. Ad
tertiam ꝓbationem dicitur imprimis post pꝰ-
nor. in præfato. c. Iuramentum non est semper
de necessitate deferendum reo vel actori etiā
præsumptiōe faciēte pro actore, sed iudex ha
bet hoc arbitrari cōsideratis circūstātijs causę
& personarum. Non enī quicquid iudicis ptā-
ti relinquitur iuris necessitati subijcitur. Intelli
ge tamen si necessaria concurrāt iudicē debe-
re deferre iuramentum. Alioqui poterit appel
lari vt dictū est. Non est ergo semper in arbi-
trio iudicis cui deferat iuramētum quāuis ple
rūq; hoc sit arbitrariū, Ad capl'm autem alle-
gatū dicitur quod dat arbitriū iudici īdeferēdo
iuramentum reo quādo scilicet pēsatis circūstā
tijs iuste hoc facere pōt. Atuero ius nō dat ei
ptātem cogendi reum ad iuramētum vbi ꝓ rō
ne fieri nō valet, quēadmodū est in criminibꝰ

proprie occultis. Sed dices semper est recurrẽdum ad Iuramentum dato aliquo gradu probationis causa saltem cognita, sed quando actor presumptionem pro se habet, tunc est aliquis gradus ꝓbationis. Igitur ad iuramentum est recurrendum. Responsio qñ est leuis p̃sumptio seu leue iudiciũ ex parte actoris, tunc nõ est locus iuramento de veritate dicenda. Sed si sit bona seu vehemens præsumptio, de qua intelligitur præfatũ capitulum vl' alia semiplena probatio, tũc potest esse locus delationi huiusmodi iuramenti. Sed hoc nihil impræsentiarum aduersatur, quoniam in proprie occultis nihil loci habet semiplena probatio esto quedã leuis præsumptio locũ in eis habere queat Quũ enim prȩsumptio bona est & semiplenã probationẽ facit iam nõ est ꝓprie occultũ sed ad aliud genus occultorũ pertinet. Ad quartã probationẽ. Putant aliqui p̃stantes iurisperiti iuramẽtum iudiciale quod scilicet parti a parte defertur nõ posse sine causa recusari. sed suscipi vel referri debere ex causa aũt iusta refutari posse. Panormitanus tñ in prȩfato capitulo iuramẽtum, ait, ip̃m libere sine causa posse recusari etiã nõ referẽdo præsertim quãdo nõ est a iudice approbatum, quoniã pars nõ potest necessitare partem ad iurandũ vel ad referendum. Sed vtcumq; res habet neutra opinio nobis aduersatur sed suffragatur. Si enim si

ne causa recusare liceat non referendo, palam est reum criminis occulti nō posse cogi per iuramentum iudiciale ad crimē retegendum. Si vero sine causa iusta nō possit recusari sed tm̄ ex iusta possit nihil etiā obest, qm̄ iusta est causa recusandi dum agitur de criminibus proprie occultis. Quādoquidem agitur de causa ī qua non potest conueniri reus in iudicio cōtencioso, eamobrem nō tenetur suscipere vel referre iuramētum a parte delatū. Lex aūt ciuilis adducta intelligenda est de iuramento necessario vel iudiciali per iudicem approbato, Tale em̄ debet suscipi vel referri nisi sit causa iusta refutandi. Et per hoc soluitur cōfirmatio quoniam si iuramētū necessarium quod scilicet a iudice deferṫ, possit ex iusta cā recusari, haud dubiū quin iuramentum iudiciale quod a parte defertur. potest recusari ex iusta causa quantumcū q; fuerit a iudice approbatū, sed sine cā nō potest. Ergo dato aliquo gradu probationis licet reus cōpelli queat ad iurandū vel referendum quādo nullā iustā causam recusationis affert, tamen si causam habet iustā cōpelli nō pōt de niq; in actione famosa nō licet iuramentū referre, vt dicitur præfato capitulo iuramentum eamobrē non semper tenetur reus iurare vl' iuramentum referre. Ad quintam probationem satis patet ex dictis quid dicendum. Nō enim sēper recurritur ad iuramentum vbi p̄batiōes

desunt. Si enim actor nec probationem nec presumptionem bonam pro se habeat, non cogitur reus iurare præsertim quando agitur de re magna seu multum præiudiciali. Et quanquam iuramentum est controuersię finis quando defertur & suscipitur vt decet non tamen sequitur iuramentum in omni casu & negocio deferri vel assumi debere. Non enim deferendũ est nisi vel ius vel ratio siue causa iusta flagitet. Sed aliam scilicet quintam tangamus difficultatem.

CAPITE. XX. tres soluuntur obiectiones scilicet quinta sexta & septima quę contendunt criminosum compelli posse ad crimen suũ proprie occultum in foro publico reuelandum scilicet quinta per modum accusationis sexta p modum denuntiationis septima per viam inquisitionis.



Otest crimiosus per viã accusationis compelli ad publice reuelandũ peccatum suum proprie occultum Enimuero si criminosus proprie occultus accusetur in iudicio contentioso, debet crimen suum occultum prodere probatur, Si non confiteatur crimen sum sibi obiectũ vel igitur tacebit vel negabit. At neutrũ sane dari põt. Nõ qdẽ primũ, qm̃ accusator vrge

bit eum vt confiteatur aut neget. Et iudex quo q; præcipiet vt fateatur vel inficietur. Sed & si tacet cõsentire videtur, quia tunc instat temp⁹ loquendi. Nec secũdum quoq; dicendum videtur, quia negando iniuriam seu detrimẽtũ graue infert reipublice accusatori, & sibiipsi. Reipublicę quidẽ quia impedit iusticiã fieri de crimine, & enim reipublicę interest vt crimina puniãtur. Accusatori etiam facit iniuriã quia defamat eum & calumniã ei impigit quippe qui pro calũniatore reputabitur. Etenim accusator in probatione deficiẽs habetur pro calumniatore. Sibi quoq; multum infert detrimentũ quoniam mẽdacium dicit etiam perniciosum & similiter dolum admittit negando veritatẽ quam nouit, quinetiam tenetur famam iquã lęsit restituere ipsi accusatori, deniq; periurium admittit quia nõ vitat calũniam quam tamẽ iurauit se vitaturũ. Si quidem in causis etiam criminalibus præstat̃ iuramẽtũ de calũnia. s. vitãda, quod nõ facit reus qui veritatẽ criminis negat quam nouit. Nam inter cętera q̃ iuramẽtũ calumnię cõplectitur, hoc cõtinet q̧ interrogatus nõ negabit quod verũ esse credit, itẽ quod bonã credit se causam habere hoc aũt nõ est ĩ ꝓposito. S; & si iuramẽtũ de veritate dicenda ei deferatur, & iuret se nõ fecisse crimen Alterũ piuriũ cõmittit. Responsio hic supponẽdũ ẽ mixtos esse modos seu vias quib⁹ ꝓcedit̃ ĩ

criminibus, Interdum enim proceditur per viã accusatiõis, aliquãdo p viã denunciatiõis, Nõnunq̃ p viã inquisitiõis frequẽter per viã actionis, & aliquoties p viã exceptiõis. Quãdovero per modum accusatiõis proprie dicte agitur debet accusationẽ precedere inscriptio, In quibusdam tamen casibus non est opus, Et nihilominus si nõ fiat iuscriptio, puniendns est accusator pœna talionis si in ꝓbatione deficiat. Accusatio enĩ proprie tendit ad finem punitionis vt scilicet accusatus puniatur secũdũ qualitatẽ delicti, puta si crimẽ clerici est graue vt deponatur ab officio & beneficio, Si enim actor nõ tendat ad pœnã sed tantum vt reus priuet̃ re aliqua, puta beneficio solum, nõ est proprie accusatio sed large, quo quidem modo diuiditur accusatio in accusationẽ criminalem & ciuilem Criminalis est quum agitur criminaliter id est vt crimẽ puniatur secũdũ suam qualitatem. Ciuilis vero quãdo non agitur vt imponatur pœna debita & naturalis ipsius delicti. (Sic enim iuriste loquuntur), Deinde supponendum est aliquem posse trifariam alium diffamare capiẽdo diffamare large pro diffamatione per se vel pre accidens, primo falsum crimen imponẽdo, Secundo verum crimen sed occultum præter ordinem iuris in publico ꝓponẽdo, Tertio verum crimen sed occultum in publico sibi impositum negando, quoniam negans notat impo

nentem de calumnia, his præfatis Respondeatur ad obiectionem negando assumptum. Quamquam enim potest fieri accusatio de criminibus occultis quando probari possunt, stultus tamen est qui de proprie occultis & aliis quę probari nequeunt, accusationem intentat & sibi sua temeritae imputenda est si detrimentum ei contingat. quoniam facit quod ei non licet. Ad probationem si pōt euadere tacendo absq; famæ sue iactura, debet silentio vti. Et licet tacendo videatur quodammodo fateri crimen sibi obiectum, non tamē puniri debet vt conuictus de crimine, quandoquidem non plus operari debet confessio facta quę fit reticendo, quam vera confessio quę fit loquendo. Atqui si confiteretur reus se crimen fecisse non propterea semper puniri deberet secundum qualitatem delicti, quoniam sola confessio non sufficit in criminalibus ad huiusmodi punitionem quando nulla iudicia siue adminicula alia concurrūt, esto satis sit in ciuilibus. Igitur non deberet puniri per tacitam confessionem. Si vero criminosus impellatur ad loquendum (vt impelli recte potest in casu huiusmodi) debet imprimis cōsiderare an accusator prosequatur publicum detrimentum vel ꝓpriū, qm̄ si publicū interesse prosequatur, facile repelli pōt ab accusatiōe. Siquidē multæ ꝑsonę ab hmōi accusatiōe de iure repelluntur, vt criminosi, male famati inimici &c. Si verò

ſuum proſequatur intereſſe vel ſuorum non poteſt repelli, etiã ſi ſit criminoſus. Itaque accuſatus in eo articulo conſtitutus vt negare vel fateri habeat crimẽ ſibi obiectum, imprimis vtetur cauta reſponſione iuriſtarum videlicet nego ꝓpoſita vt propoſita, hoc enim ſine mẽdacio dici poteſt ab eo qui certo nouit ea quæ ſibi palã imponuntur, probari non poſſe. Quod ſi iudex vrgeat vt abſolute cõfiteatur aut neget, poteſt accuſatꝰ appellare. Sed dices, ſi iudex ſit ſupremus a quo appellari nõ poteſt qui vrgeat accuſatum vt abſolute fateatur vel neget crimen ſibi obiectum tunc non poteſt euadere per illam tritam iuriſtarum reſponſionem quid igitur facturus eſt? Nempe imprimis dicere habet ſe ſufficienter ad accuſationem reſpondiſſe. Vt pote qui modo reſpondendi a Iuriſconſultis recepto vſus ſit, Et nihilominus ſi vrgeatur vlterius a tali iudice, tunc poteſt cum ſana intentione negare hoc eſt illud negare ſimpliciter quantũ ad verba, ſed in corde negando vt propoſitum eſt. Cum enim non ſit in hoc ſubditus, nec in vero iudicio ſed vſurpato licet ei dicere aliquid falſum ad ſenſum iudicis, quod ad ſenſum ſuum verum eſt. Non incutitur igitur, in corde negã do crimen ſibi impoſitum vt propoſitum eſt. Non enim eo modo crimen admiſit quomodo proponitur, quandoquidem occultere commiſit, quod tamen publice ac temere imponitur,

temeritas enim est non solum dum crimen falsum imponitur, sed etiam dum occultum quod probari non potest, publice proponitur. Neq; tamen debet in hoc casu mentiri siue crimen cũ intentione mentiēdi negare, quoniam aliud habet remedium sufficiens, scilicet negare cum recta intentione, iniquum igitur esset cum intentiõe corrupta negare siue proprie mentiri, quũ aliter euadere possit vt dictũ est. Dicere igitur sane potest accusatus iudici, domine iudex nõ feci crimen cuius apud vos accusatus sum, Imo si dicat domine iudex tale crimen non feci, non perperam agit. Hęc enim ꝓpositio cum recta intentione dicta. et in sensu in quo verba fiunt vera est. Sensus em̃ vtriusq; ꝓpõis est. Cõside ratis oib⁹ circũstãtijs, Nõ feci crimẽ ꝙ hic reuelare tenear. Et quũ obiicitur accusatus negãdo facit reipublice iniuriã, quia impedit iustitiã de se fieri. Respondetur, nulla fit in hoc reipublicę iniuria, qm̃ in foro iudiciali & publico non pñt reipublice officiales se itromittere de criminib⁹ nisi vel manifesta sint vel satis probari queant. Alias em̃ sunt diuino iudicio foroque secreto remittẽda, qm̃ ad forũ publicũ nõ ptinent. Nec respublica debet putare iniuriam sibi fieri si diuino iudicio sint aliqua relinquenda, quoniam ęquum est iudicium diuiuum excedere humanum. Magna item esset præsumptio si hũana cẽsura vellet penitus oĩa delicta punire. Etq̃q̃

expedit reipublice vt crimina puniantur quando iuridice puniri queunt, non tamen expedit: sed ediuerso noxium est si contra formam iuris ac rationem puniantur quum dicatur deuterono. 26. Iuste quod iustum est exequeris, Iterum quum obiicitur quod defamat accusatorem crimēque calumnię ei imponit. Respondetur neutrum proprie facit, sed ipsemet accusator se defamat, videlicet in publico proponēdo quod probare non potest. Neque etiam calumnię crimen ei per se imponit: sed si sequatur aliqua opinio calūnię accusator est in causa, non autem accusatus nisi indirecte siue per accidens, quoniam defendit innocentiam suā in publico iudicio in quo nec nocens nec pro nocente habendus est quo ad fuerit conuictus Itidē non tenetur famam restituere retractando negationem suam qua publice negauit crimen sibi obiectum, quia non tenetur quispiam se reum palam confiteri, quando crimen eius probari nullo mō potest. Quod autem scotus in. 4. sententiarum ait quod debet per quędam verba sobria famam accusatori restituere, rectius diceretur quod debet ipsum accusatorē decenter excusare vtpote dicendo non habeatis eum pro calumniatore, quandoquidem (vt credere fas est) bonam habuit intentionem & forsan arbitratus est se probare posse, quod non potuit. Non igitur proprie, hoc est

per se,& directe famam eius lesit, quamobrē nō tenetur proprie famam eius restituere, sed decēter excusare,vt dictum est. Porro quum obiicitur quod accusatus mendacium committit. Respondetur,non est in tali casu mendacium quoniam non fit negatio cum intentione mentiendi:sed cum intentione negandi vt propositum est vel in sensu qui dictꝰ est. Sed dices in tali negatione committitur dolus quoniam verba sonant ipsum reum nullo modo crimen admisisse. At non licet dolose euadere seu fraudulenter suam defendere causam. Respōdetur non est dolus malus qui scilicet per se & directe tendat ad deceptionem alterius contra ius & bonos mores: sed est solertia siue cautela prudens quę directe tendit ad famę conseruationem quæ in publico lederetur si crimen cōfiteretur. Itaque nō procedit dolose quoniam dolose agere est scienter et ex proposito rem sibi prohibitam fraudulenter facere. Denique quum obiicitur quod accusatus pernicium cōmittit. Respondetur, si exigatur ab eo iuramētum de veritate dicenda nō tenetur iurare, vt patet ex supradictis. Quantum vero ad iuramentum de calumnia supposito quod in causis criminalibus pręstādū sit ita quod si actor nolit iurare,cadit a causa, reus vero pro confesso habetur si iurare recusat, scilicet quando necessitate pręstandū est huiusmodi iuramen-

tum. Respondetur quod accusatus non incurrit periurium, quoniam calũniam nõ committit, quum ille dicatur calumniator qui sciẽter falsum crimen imponit, vel qui verum crimẽ negat quando & vbi confiteri tenetur, quod nõ est in proposito, quia licet interrogatus neget crimen verum in publico propositum nõ tamen calumniatur, quia tunc confiteri non tenetur. Deniq; bonã habet causam, quia in publico suam tuetur innocentiam. Et quãquam absolute innocens non est, tamen innocens est quo ad publicum iudicium in quo reputandus est bonus & innocens quo ad contrarium debite probatum fuerit. Sed dices, In tali negatiõe exponit se periculo peccati mortalis, quoniam facit actum de quo dubitatur an sit mortalis an venialis. Etenim cõsulunt doctores vt pœniteat sub dubio de huiusmodi negatione. Nam vt scotus ait Tutum est post talem negationẽ pœnitere indistincte, puta si mortale est tanquã de mortali, si veniale tanquã de veniali, Responderi potest, tale periculum non esse obruens siue confundens sed potius circũstãs si tamen periculum esse dicatur eãobrem non peccat mortaliter qui crimẽ occultum cum recta intentione negando se tali periculo exponit, Verum hęc responsio non satis est, quoniã accusatus respondendo vt dictum est nullum peccatum committit, quoniam facit, quod tũc

tenetur & certe quod licite facere potest, Ideo nullum ibi est peccatum nec similiter pericu- lum obruens aut circunstans quantum est ex parte facti siue dicti. Quod igitur aliqui dicũt, tutum esse post talem negationem pœnitere, ii hoc dicere putandi sunt pro cõscientiis scru- pulosis que sępe peccatum esse putant vbi nul lum est vt igitur peaccti etiam qualitatem si- leant confiteri sub conditione possunt videli- cet si peccatũ ab eis in hoc admissum sit. Sed q̃ras si accusat⁹ forte suũ honorẽ nimis defen- dere cupiẽs dicat accusatori, tu mẽtiris, an de- bet hm̃oi verbũ retractare? Certũ est em̃ i hoc casu grauiter eũ peccare, si dicas eũ recantare debere, cõsequẽter dicis eũ debere crimen suũ palã ꝑdere, q̃m si nõ est mẽtit⁹ accusator, ve rũ ip̄e dixit. Si verũ dixit, igiꝭ accusat⁹ crimẽ cõmisit. Rñdeꝭ, debet hm̃oi verbũ iniuriũ recã tare sed prudẽter vt pote dicẽdo temere loquu tus sũ dicẽdo accusatorẽ fuisse mẽtitũ. Nõ em̃ debui dicere eũ mẽtiẽdi seu nocẽdi aĩo q̃cquã dixisse seu fecisse, sed poti⁹ dicendũ mihi erat. Nõ prudẽter loq̃ris nec recte agis vt decet, q̃m mihi iponis q̃d ita iponere nõ debes. Hoc eni mõ & famã alienã restituit & suo honori cõsu lit. Sed tãdẽ queras an accusat⁹ teneaꝭ coram accusante crimen suũ confiteri extra iudicium publicũ si pręlatus pręcipiat ei dicere verita- tem. Item si prelatus præcipiat, vt saltem

seorsum sibi veritatem pendat, an teneatur crimen suum ei reuelare. Responsio in neutro casu tenetur accusatus suo prȩlato crimen suum occultum retegere, nec tenetur prælato prȩcipienti in hoc obedire, quandoquidē prælatus tale prȩceptum facere non debet, imo grauiter peccat ita prȩcipiendo quoniam in huiusmodi occultis nō potest hō esse iudex quantum ad forum exteriorem pertinet maxime quando per viam accusationis proceditur. Eamobrem nec prȩcipere nec procedere tunc potest, vt iudex in foro exteriori, & si prȩsumat, non tenetur ei subditus obedire vt dictum est. Et quid prodesset ei secreto nosse quum iudex non debeat iudicare de incertis, ignotis & ijs quȩ secreto nouit? Nihil prorsus, sed de his satis superius actū est. Sextam igitur addamus obiectionem. Criminosus potest impelli per viam denunciationis ad reuelādum publice peccatum suum proprie ocultum, probatio est in promptu, quia si quis sciat peccatū alicuius occultum quod ad secretam emendationem corrigere non vult, debet prælato reuelare qui & ipsum reum excommunicabit si ecclesiam nō audierit. Tum etiā quia prælatus potest precipere subditis vt sibi denūciēt peccata occulta vt remedium eis adhibeat, igitur. Respōsio hic supponendum est quadruplicem esse denunciationem scilicet euāgelicā, canonicā, Iudicialem, & regularem de quibus

late tractat panormitan⁹ in. c. nouit de iudiciis Euãgelica dicitur quę ab euãgelio introducta est, & hęc bipertita ẽ quedã est secreta siue secrete fit prelato vt priuate & psone & a non nullis pręsentialis vocatur. Et sane quidẽ correctio fraterna siue monitio secreta regulariter precedere debet. Hęc autem fit de peccatis etiam occultis quę probari nõ possunt, sed secrete fit vt peccator occultus qui ad secretã admonitionem se emendare noluit per secretam denunciationem emẽdetur. s. a plato qui pro eo deũ orabit & secretis monitionibus ac terroribus molietur eũ inducere ad pœnitẽtiã Sed quid agendum si nolit ad secretas prelati monitiones se emendare, dixerunt quidã platum debere eum secrete vitę sacramentaquę ei denegare & tandem in genere eum excommunicare. Sed panor. improbat hmõi opinionem dicens platum nõ debere sacramenta ei denegare nec in genere eum excõicare. Tum quia soli denunciant credendũ nõ est ad hoc vt pcedatur ad aliquẽ actum piudicialẽ. Tũ etiam si hoc locũ haberet, facile posset aliquis aliquẽ facere priuari sacramentis & cõmunione plati. Tum deniq; quia excõmunicatio ferenda non est nisi sufficienter constet de crimine. Atuero quãdo vnus solus denunciat crimẽ non constat plato sufficienter de crimine vt tãtum possit inferre detrimentum ipsi denuncia-

to. Non igitur debet excõicare, nec sacramen ta denegare, quãdo scilicet ipse denũciatus petit vt petere debet. An vero prælatus debeat in priuato eum pro ethnico habere dubiũ est, Dicit innocẽtius prælatum debere eum priuatim vitare seu familiaritatẽ cũ eo non habere. Panormitanus aliter sẽtit. Sed meo iudicio antequam priuatim eum vitare possit, debet prudenter aspicere ad qualitatem denũciantis an scilicet sit grauis an leuis & similiter ad qualitatem denũciati, nec debet eũ priuatim vitare nisi sufficienti causa moneatur, de hac autẽ denũciatione secreta potissimum theologi loquũtur & nos quoq; in superioribus locuti sumus. Altera est denũciatio euãgelica que iudicialis vocatur quequidem fit prælato ecclesię vt iudici quę tamen non necessario pertinet ad iudicium publicum siue cõtenciosum nec etiam ad forum pœnitẽtię, cũ in ea exigantur testes sed ad forum quodammodo mixtum attinet, & hęc quidem fit vt peccator pœniteat, vl' cõpescatur, aut saltem vt ceteri timorem habeant. Et ad hanc exigitur imprimis vt peccatum nõ sit omnino vel pure occultum sed possit testibus probari. Item quod duplex monitio præcedat, quando peccatum publicũ non est. In peccatis enim notorijs admonitio nulla requiritur. Similiter non exigitur. In peccato occulto quando tardatio denunciatiõis infert

reipublicę vel proximo nocumentum spiritua le & corporale præsertim graue nisi constaret quoad secretam monitionem peccato desisteret tunc enim secreta monitiio sufficeret. Ergo quando peccatum est aliquomodo occultũ quo peccanti solum nocet. Vel si alijs nocet p secretam monitionem corrigi non potest duplex monitio præcedere debet. vna fit secrete per monentem & si peccator non desistat a peccato adhibetur altera que sit coram teste vel testibus qui peccatum norũt siue per quos peccatũ pobari potest. Insuper si vel hoc modo non sequitur emendatio denuncians debet fieri prælato coram quo denũciatio ipse debet probare se his monuisse & formam in denunciando seruasse sed præmia siue secreta moni rio probatur per iuramentum ipsius denũciantis. Altera per ipsum denunciantem & testem vel testes quos in secunda monitiõe secum adhibuit. c. cum in omni de testibus, Etenim qui non admonuit nec se monuisse probat, repellitur ad huiusmodi denunciatione vt patet. cap. si quis &. c. cum dilectis de accusationibꝰ. Sed antequã vltra pergatur aduerte diligenter. Si denunciatio euangelica quæ iudicialis dicitur tam late capiatur. Vt solẽt canoniste quos hic secuti sumus nõvĩ distĩcta & denũciatione canonica cũ eadẽ vtriq; tribuãtur. Sȝ cũ ea re aliter coincidit, licet alia ratiõe dicaꝛ euãgelica

& alia ratione canonica dicitur enim euãgelica quia ab euãgelio introducta est, et radicaliter, in eo fundata. Canonica vero quia per ius canonicũ multa ei addita sũt siue per ius ipm declaratum est quid ei conueniat qualisq; sit eius effectus. Hoc præfato cœptum prosequamur & de huiusmodi denũciatione tractemus vt solent passim doctores, Igitur hęc denũciatio quæ radicaliter in euangelio fundata ẽ sed per ius canonicũ ei additio facta est vt diximꝰ non sit de criminibus. Proprie occultis sed tantũ de manifestis vel probabilibus quę scilicet probari possunt, Cuius & effectus est vt pctõr a suo peccato resipiscat vel cõpescatur. Et nihilominus si nõ fiat melior sed deterior, fit tamen vt alij terreantur. Atuero non fit vt peccator secũdum exigentiã peccati puniatur. Nec similiter vt aliqua re priuetur puta officio vel beneficio saltẽ ad hoc non tenditur directe sed vt pœniteat vel cõpescat̃ vel certe alij terreãtur vt dictum est. Attamen si tale peccatum foret de quo non posset agi pœnitentia retento beneficio vel officio, tunc indirecte per viã huiusmodi denunciationis priuaretur, quoniã habendus est vt ethnicus siue gentilis qui a prælato monitus pœnitẽtiã agere detrectat. Atuero in casu non potest veram agere pœnitentiã retento beneficio igitur per consequentiam quandam eo priuari debet. Hec tamen denũ

ciatio per se & directe non tendit ad pœnã vel priuationẽ alicuius rei,sed ad emendationem siue penitentiam eius qui deliquit vel ad eius repressionem vt dictum est deniq; si denũciatus hoc modo noluerit ecclesiam audire hoc est ad iussum prælati resipiscere & a peccato cessare,potest in eum ferri sentẽtia excommunicationis,quandoquidẽtalis habendus est vt ethnicus,dicunt tamen nonnulli quãuis habẽdus sit vt ethnicus & publicanus prælatũ nõ posse ferre sententiam aliquam in ipsum denũciatum denunciatione euangelica,At secundũ canonistas potius tenẽdum est quod dictum est videlicet quod possit excõmunicari vel alia cẽsura percelli. Etenim quãtumcunq; aliquis sit peccator nõ debet regulariter euitari propter crimen nisi prius ab ecclesia per censuram aliquam amoneatur,cum igitur iste qui ecclesiã audire detrectat habẽdus sit vt ethnicus & publicanus conficitur sententiam censurę pręcedere debere per quã decernatur ipsum esse euitandum. Ergo quum dicitur si ecclesiam non audierit sit tibi vt ethnicus & publicanus. Intelligendum est post sententiam censuræ in eũ latam ob suam incorrigibilitatem. Sed dices, ex illo loco euangelico non potest confici ita procedendum esse.quod tempore illo quo cristus præceptum de huiusmodi denunciatione dedit nõ erat forma excommunicatiõis inuẽ-

ta, Responsio esto non esset forma excõmunicationis quę a canonibus postea inducta est, adhuc inuenta tamen in illis verbis potestas excõmunicandi datur ecclesię prelatis in eos qui incorrigibiles fuerint. Sed dices, saltem quãdo est vnus testis tantum cum denunciante non debet prelatus ad censuram procedere, quoniam denuncians idoneus testis esse non potest maxime super veritate criminis denuntiati, qñ igitur est vnus testis tantum, non debet prelatus propter eum nominatim & particulariter ipsum denuntiatum excõmunicare. Item denuntiator si deficiat in probatione debet puniri vt patet. c secũdo de calumniatoribus. Item qñ crimina denuntiata sufficienter probata non sunt, denuntiatus est absoluendus, nec est locus delationi iuramẽti in supplementum probationis. Atuero quum denuncians habet vnum testem tantum, deficit in probatione, igitur debet puniri, Tantum abest vt propter eum denunciatus excommunicari debeat. Responsio. Cum agitur ad correctionem siue poenitentiam, vel ad impediendum peccatum vel ad illuminationem fidei, denunciator (qui est principalis persona) computatur in numero testium Itidem recipitur in numero testium non solũ super monitiõe facta sed etiã super crimine denunciato dummodo non sit tale crimẽ ex quo per denũciationẽ sequatur depositio vel grauis punito. Et gñaliter secundũ

panormitanum in.c.in omni de testibus,quãđo principalis persona non est reportatura cõmodũ vel damnũ,laudẽ vel vituperiũ,nec aliqua affectione notatur,debet computari in numero testiũ quando non agitur de pręiudicio alteri9 saltem graui. Si enim de preiudicio graui ageretur vel etiam ad naturalem pœnã criminis directe vel indirecte infligendam tenderetur,secus esset dicẽdum,quoniam in istis grauibusnon est recedendũ a cõmuni iudiciorum forma secũdum quã idẽ nõ debet esse actor & testis. Adde quod pręsumptio est aduersus eũ qui instat vt graue damnum seu grauis pœna alteri inferatur. Eamobrem non videtur testis idoneus esse & idcirco nõ debet ferri sẽtẽtia ad testimoniũ eius dũtaxat quũ nulla cã terminetur dicto vnius testis tm̃,vbi tangitur alterius præiudiciũ.c.licet vniuersis de testibus. Ad aliud obiectũ dicit quãq̃ in denũciatiõe etiam q̃ fit ad pœnitẽtiã puniendus est denũciator calũniosus quãdo de calũnia eius cõstat,ꝑpter infamiã quã inferre conatus est quãdo tm̃ nulla est calũnia põt ad testimoniũ eius,& alteri9 testis sentẽtia excõicationis ferri,qm̃ sufficiẽs ꝓbatio secũdum qualitatẽ negocii effecta ẽ. Ex his satis liquet pctõrẽ proprie occultũ non posse cõpelli ad crimẽ suũ publice propendũ per viã denũciationis euangelicę. Quod etiam nõ possit per alias denunciatiões breuiter ostendi

poteſt. Imprimis non poteſt per denũciationẽ iudicialẽ quę ſcilicet fit in iudicio, quoniã vel illa eſt publica quę competit iudici ex mero officio, et hoc nunc quia hęc tantũ habet locum in notorijs, vel eſt priuata quę competit leſo propter ſuũ intereſſe qui querelam iudici facit in iudicio extraordinario vt ſibi prouideatur, puta q; ſua res ſibi reſtituatur vel indẽnis ſeruetur & hoc etiam non, quia nihil loci habet niſi in ijs quę probari poſſunt per legitimos teſtes. Itidẽ per denuntiationẽ canonicã quę ſcilicet a canonibus inuẽta eſt non poteſt criminoſus occult⁹ compelli ad ſe prodendũ quoniã vel illa eſt publica & generalis quę fit quando agitur de matrimonio diſſoluendo, vel de eius impedimẽto, vel generalius loquendo quando crimen commiſſum eſt vt deſiſtatur vel cõmittendum impediatur, vel fit de peccato commiſſo quod recipere poteſt augmentum propter multiplicationem vel ꝯtinuationẽ iniurię, & tunc quandoq; agitur vt priuetur denuntiatus bñficio, qñq; vt certa pœna imponatur, alias hoc pertineret ad denuntiationẽ euãgelicã publicã, vel eſt denunciatio ſpecialis competens illi ſoli cuius intereſt habere prelatum bonum vel eccleſiaſticum ſubditũ, & fit ad hoc vt quis a beneficio amoueatur. At vero non poteſt criminoſus proprie occultus per aliquam huiuſmodi denunciationem impelli ad prodẽdũ peccatũ ſuũ ꝓprie occultũ.

quoniã in huiuſmodi denũciatiõe opus eſt ꝓba tiõe quę certe fieri nõ põt de crimine ꝓprie oc culto. Deniq; per denũciationẽ regularẽ quę ſci licet fit ſecũdũ regulares inſtitutiões & de pla= no ac ſimpliciter procedit, non põt criminoſus cogi ad ſeipſum publice prodendũ quoniam ſe cũdũ regulares ꝯſtitutões nullus debet publice denũciare ſeu ꝓponere crimẽ alterius niſi illud poſſit ſufficienterprobari, quẽadmodũ ex ſequẽ tibus patebit. Itaque per viam denuntiationis nũquam poteſt licite cogi criminoſus ad publi= ce retegendũ peccatum ſuũ proprie occultum. Non enim debet ſubditus reuelare publice pec catum alterius occultum niſi poſſit ipſum pro= bare lʒ ſecretę poſſit aliqñ ſeruato tñ ordĩe cor rectionis fraterne qñ ſeruandus eſt. Et ſi pręla tus pręcipiat aliter non eſt ei obtemperãdum. Sed de his poſtea vberius. Iam ſeptima ſubdá= tur obiectio poteſt criminoſus per viam inquiſi tionis impelli ad peccatum proprie occultum publice manifeſtandũ, probatur epiſcopus ſeu inquiſitores ab eo commiſſi poſſunt præcipere maioribus parrochie honeſtioribus vt reuelẽt, quicquid norunt aut audierunt quod contra vo luntatem dei & rectam chriſtianitatẽ in parro= chia factum eſt quocunq; modo ad eorũ cogni tionẽ peruenerit, vt patet. 3. h. q. 6. c. epiſcopus in ſynodo. Igitur tales virtute huiuſmodi pręce pti & iuramenti tenentur etiam occulta reue=

lare. Itidem si inquisitores precipiant inquisitis vt dicant seu reuelent delicta omnia quę in congregatione sunt ꝯmissa & reformatiōe seu emēdatione digna existunt, tūc tenētur subditi etiā occulta crimīa reuelare. Sed & si intimetur seu denuncietur eis aliquem de congregatione crimen occultum commisisse, possunt ei præcipere vt dicat veritatem super crimine sibi denunciato, cui præcepto talis denunciatus parere tenetur. Alioqui mortaliter peccat si non dicat veritatem ad iussum eorum. Responsio. Supponēdum est triplicem esse inquisitionem seu visitationem quemadmodum notat panor. in. c. qualiter & quādo de accusationibus, quædam est generalissima qua inquiritur super statu totius prouincię siue diocesis. Altera generalis qua inquiritur super statu alicuius ciuitatis, castri, conuētus, parrochiæ, vel alterius multitudinis. Tertia est specialis quę fit speciatim contra aliquā personam. Et hæc fit aliquando non ad pœnam imponēdam, sed ex debito officij vt quod matrimonium non contrahatur propter aliquod impedimentum, vel non promoueatur aliquis ad prælaturam. Et idem est quando fit inquisitio de aliquo canonico impedimēto, vel etiam de aliquo crimine non ad priuatum ꝯmodum, sed ad pœnitentiam peccati tantum. Aliquādo vero fit inquisitio specialis ad pœnā imponendā, & tunc fit interdum ad denūtiationē

publici officialis. Nonnunquã ex speciali infamia deferente, & tunc vel proceditur contra prelatum vel subditum secularem, vel contra prelatum aut subditum regularẽ, deinde supponendum est in inquisitione generalissima & generali non esse opus infamiã precedere nec similiter in speciali quando fit non ad pœnam imponendam, nec similiter quando fit ad denunciationem publici officialis etiam si fiat ad pœnam imponendam quia tunc non denunciẽtur nisi notoria. Alias non creditur huiusmodi denunciatoribus Atuero cum fit inquisitio specialiter contra prelatum secularem opus est vt præcedat tanta infamia quę sine scandalo vel periculo dissimulari non possit, Si vero contra subditum secularem non requiritur scandalum vel periculum, sed satis est infamiam clamorosam prçcessisse, Si contra prelatum regularę vt contra abbatem, priorem cõuẽtualem, vel aliũ habentem curam auctoritate episcopi debet seruari dispositio præfati capituli qualiter, licet non ad vnguem. Si contra alium regularem obedientiarium, non est seruandus ordo prædicti capituli, quia tales ad voluntatem superioris remoueri possunt præsertim aliqua causa suggerẽte. An vero sine causa remotus possit implorare officiũ supioris, alibi discutiẽdũ est. Si vero fiat ꝯtra simplicẽ claustralẽ, distinguendum

est vel agitur ad graue preiudiciũ puta ad depositionem ab ordine, tunc aliquis ordo seruãdus est, licet non ad vnguem, vel agitur ad penitentiam siue correctionẽ, & tunc non est necesse seruare hmõi ordinem, sed de facili & sine strepitu procedi potest. Ordo autem positus in prefato capitulo qualiter & quando, est hmõi. Superior contra subditum maxime prelatum de his tãtum inquiret super quibus precessit infamia & eo vocato tradet sibi capitula super quibus fuerit inquirendũ nominaq; testium & dicta eorum publicabit, legitimas eius exceptiones admittet, & probato graui crimine eum ab administratione remouebit, In regularibus tamen prelatis non est ad vnguem seruandus hmõi ordo, Deniq; supponẽdũ est inquisitionẽ bifariam posse fieri vno modo ex mero superioris officio & iste est proprie processus inquisitionis quum scilicet iudex ex officio suo puro & mero procedit nemine deferẽte & impetrante inquisitionem & in isto iudex exigit iuramentum ab ijs contra quos facienda est inquisitio, nec tenetur recipere ꝓbationem super fama sed satis est ꝙ sibi constet nec fit tunc contestatio litis, Alio modo fit inquisitio aliquo impetrante & ꝓmouente inquisitionem, & iste modus proprie dicitur processus ꝑ viam denunciationis, Sed potest dici quodam mõ ĩquisitiõis quia fit ĩquisitio cõtra denũcia

tũ, Et ẽ quaſi via extraordinaria q̃ q eligit debet p̃monuiſſe eũ contra quẽ fit ĩquiſitio. His ſuppoſitis rñdetur ꝙ per viã inquiſitionis ſiue proprie ſiue large capiatur, nõ poteſt aliquis cogi ad crimen occultũ publice reuelandũ. Ad primã probationem licet capitulum illud decreti a quibuſdam exponatur tantum de iuramento quod exigitur a maiorib9 de parrochia vt dicant ſi ſciunt vel audierint aliquos cõſanguineos vel affines in parrochia coniugio copulatos eſſe, hęc tñ reſtrictio inexta eſt quę & textui non conuenit. Dicamus igitur iuramentum hmõi ſe extendere etiam ad alia vt ibi aperte patet, At nihilominus non ſe extendit niſi ad ea ſuper quibus preceſſit infamia, non autem ad occulta ſuper quibus nulla preceſſit infamia nec probari quoq; poſſunt. Et hoc probatur aperte ex.c. qualiter & quando de accuſationibus vbi ponitur forma iuramenti quę in faciendis inquiſitionibus generalibus ſeruãda eſt, videlicet iurent clerici quod ſuper his quę ſciuntvel credunt eſſe in ſua eccleſia reformãda tam in capite quam in mẽbris (exceptis occultis criminibus) meram & plenam dicant inquiſitoribus veritatem. Ecce quẽadmodum in inquiſitione non iuratur ſuper occultis. Quia (vt glo. ibidem ait) ſuper his inquiſitio fieri nõ debet. Et ſi teſtes de occultis dicant, non puniantur rei, vt.c. inquiſitionis, quia ſuper his

non iurauerunt. Et.c.pręfato inquisitionis di⸗cit ipsa glosa quod de occultis non est inqui rendum,nec super illis iuratur. Et si dicant té stes super his,non valent talia dicta, vt pote non iurati. Assentitur panor. in capitulo quali ter et quando,dicens in inquisitioné non discu titur de occultis criminibus, quia nō debet fie ri inquisitio de veritate criminis nisi pręcedé te infamia. Et iterum, si inquisitio est gene ralis tunc testes iurant quod dicent veritatem quam sciunt vel credunt circa ea quę reformā da sunt,exceptis occultis criminibus. Nam de occultis non fit inquisitio vbi non pręcessit infamia,quia deficit verus et fictus accusator. ℂ Ad alteram probationem negatur assumi ptum si intelligatur de proprie occultis in qui bus n c infamia quidam processit,Etenim vel inquisitio est generalis vel specialis. Si primū non agitur tunc de occultis vt probatum est. Si specialis:tunc non potest fieri nisi pręceden te clamorosa infamatione.ca. inquisitionis de accu. Non enim sola suspitio sufficit, sed infa⸗mia pręcedens exigitur ad inquisitionem spe cialem contra certam personam, Atuero vbi est clamor vel infamia tūc peccatum proprię occultum nō est. Itaquę si prelatus vel iudex per viam inquisitionis procedens intendat pręcipere vt etiam occulta publice reuelētur, perperam agit, & idcirco non est ei obedien⸗

dum. Ad aliam probationem. Negatur assumptum Tum primo quia quando vnus tantum denunciat crimen, hoc non sufficit ad inquirendum specialiter. quoniam ex sola denunciatione criminis facta contra aliquem non oritur infamia sufficiens ad inquirendum de veritate vt ait Panor. in. c. cum oporteat de accusationibus. Tum etiam quando aliquis denunciat in inquisitione crimen proprie occultum, nihil valet eius testimonium, quia testis non iuratus nullius est momenti. Atqui non iuratur super occultis in negocio inquisitionis vt dictum est. Et etiam ex tali testimonio nullus potest sequi effectus eapropter inane est huiusmodi testimonium. Tum tertio, quia inquiri non debet contra aliquem de veritate criminis nisi precedat infamia etiam si libellus famosus contra eum oblatus fuerit in secreto. c. inquisitionis de accusa. Et intellige quoniam inquisitio tendit ad pœnam. Deniq; quod fortius est, si duo vel plures affirmant aliquem eis videntibus crimen commisisse de quo aliqua infamia non laborat siue clamorosa insinuatio non præcessit, non propterea puniendus est, nec super hoc testes sunt recipiendi, quum inquisitio specialis tendens ad pœnam tantum fieri debeat super his super quibus infamia præcessit, vt patet.

dere culpā occultam alterius fratris. Quū di-
cat hieronymꝰ. Nō debet occultari culpa vniꝰ
in p̄iudicium multorum. Et subditꝰ quoq; de
prelato p̄sumere debet ꝙ velit culpam vniꝰ
cognoscere propter bonum multitudinis. Asti-
pulatur & augustinus in regula dicens, pctm̄
fratris non debet occultari ne putrescat in cor
de. Item p̄latus religiosus potest ī capitulo p̄-
cipere id de quo iudex ecclesiasticus vel secu-
laris potest in suo foro iuramentum exigere,
sed interdum iudex exigit iuramētum de oc-
cultis igitur & p̄latus occultorum reuelationē
præcipere potest. Porro religiosi proclamant
culpas aliorum etiam secretas in suis capitu-
lis. Et apud aliquos deputatur aliquis qui ex
plorare aliena facta habeat, & si quid dep̄hen
derit minus recte actū illud p̄lato denunciat.
Deniq; visitatores in visitationibus & prelati
regulares in capitulis solent subditis præcipe
re vt reuelent ea omnia quæ correctione vel
emendatione digna sunt. Atqui nonnulla talia
possunt esse occulta igitur. Responsio suppo-
nendum est prelatum regularem quo ad cri-
mina cognoscenda et corrigenda posse proce-
dere in capitulo vel extra capitulum, In capi-
tulo autem procedit sicut iudex ecclesiasticus
in foro iudiciali. eam obrem potest præcepto
subditos obligare vt ei pandantur ea propter
quę potest iudex ecclesiasticus in foro iudicia-

li iuramentum exigere vt dicit thomas quotli beto primo. Deinde supponẽdum est tres esse modos procedendi, contra excessus siue cri- mina scilicet per accusationem, per denuncia- tionem, per inquisitionem, quemadmodũ ca- uetur. c. qualiter & quando de accusationibus Quod quidem & de non notorijs intelligitur, quoniam in notorijs procedit iudex per puni- tionem. In his autem modis diuersimode pro ceditur vt ibidem dicitur, in hunc modũ. Sicut accusationem legitima debet pręcedere inscri ptio, sic & denunciationem charitatẽ monitio & inquisitionem clamorosa insinuatio præue nire, quod tamen regulariter intelligendũ est, Hii quoq; modi ꝓcedẽdi (sub quibus exceptio & actio comprehenduntur) diuersos fines & effectus habent. Eamobrem iudex diligenter habet aspicere quo illorũ modorum ꝓceditur Tres inquã illi modi procedendi sunt a iudici- bus considerandi & obseruandi in iudicio, quĩ secundũ forma iudicii, debet sequi forma sentẽ tię. i. iuxta formam petitionis & modũ ꝓcedẽ di, sententię quoq; forma dictanda est, vt si per viam accusationis ꝓceditur & agitur ciui liter cõsequatur quis proprium interesse, & ali quãdo satisfationem iniurię. Si vero agitur cri minaliter. si pena est in iure exprẹssa, impona tur illa quantumcunq; grauis. Si vero non ẽ in iure expræssa, arbitraria est. Si vero agitur per

viam denunciationis ſicut variæ ſunt denunciationes, ita varius poteſt eſſe ordo. Nā ſi eſt denunciatio euangelica, non imponitur pœna ordinaria ſed pœnitentia, ſi iudicialis compellitur ad ſatiſfactiōem, ſi canonica quandoq; ꝓhibetur peccatum comittendum, quandoq; fit ſaltem per quandem conſequētiā priuatio beneficii, quandoq; imponitur certa pœna ſecundum modū denunciationis canonice. Si autem agitur per viam inquiſitionis tunc nō imponitur penitentia tantum, ſed pœna ordinaria, ita tamen quod minus punitur cōuictus de crimine per viam inquiſitionis quam conuictus per viam accuſationis, & ſic ex modo procedendi alteratur pœna ſaltem de iure canonico vnde ſi per viam inquiſitionis graue crimen eſt probatum contra prelatum, remouetur ab adminiſtratione ſed tamen ſi delictum non impedit executionem ordinis vel beneficii retentionem poſt actam pœnitentiam poteſt iudex moderari ſecundum qualitatem perſonæ & exceſſus, imo & diſpenſare ne remoueatur ab adminiſtratione. Quantum vero ad regulares pertinet, licet non ſit ſeruandus ordo ad vnguem vt dicitur in capitulo qualiter tamen aliquis ordo in prælatis ſeruandus eſt. Ordo enim non exigitur quoad ſubtilitatem iuris quia ſtrictus ordo iuris non debet in eis obſeruari. Nec ſuperior tenetur exactam

formam seruare, debet tamē seruari quoad veritatē quia veritas circa eos omittenda nō est. His prælibatis dicendum est obedientiam votiuam siue regularem non dare potestatem p̄latis regularibus super crimina proprie occulta, hoc est licite nō possunt cogere subditos delinquētes palam prodere huiusmodi occulta. Et si temere attentent, non tenētur subditi eis obedire. quoniam ad hęc non se protendit obedientia regularis, siquidem propter obedientiam etiam votiuam nō debet quisquam malū facere, cuiusmodi est se vel alium palam defamare crimen proprie occultum publice reuelādo, Ad primā probationē prælatus nō pōt quocunq; modo indifferenter procedere ad cognitionem sui grægis sed tātum licito & conuenienti· Ait enim sapiens quod iustū est iuste exequere. Et quanquā aliquando debet subditus sua tentamina & alia id genus secreta suo p̄lato aperire ne forte sub specie virtutis fallatur. Itidem debet interdum ei secreta crimina in foro pœnitētię vel secreto detegere pro absolutione vel dispensatione consequenda, nō tñ tenetur crimina proprie occulta in publico manifestare. Ad alteram probationem distinguendum est de peccatis occultis, aut enim sūt proprie occulta & tunc quando speratur verisimiliter emendatio peccatoris proprie occulti per secretam admonitionem, siue peccatum sit iā commissum siue committendum non est reue-

landum prælato,quia tunc non imminet periculum multitudini,imo nec ipsi peccatori. Et si prælatus reuelationem præcipiat non est ei obediendum,quia contra ordinem correctionis a christo institutum procedit secūdum quē debet semper fieri secreta admonitio in peccatis occultis qñ verisimiliter & certitudinaliter profutura creditur. Non igitur debet tunc fieri denūciatio si sequatur vera & sufficiens emēdatio. Si vero non speratur emendatio per secretam monitionem distinguendum est vł peccatum est in nocumentum siue damnum aliorum spirituale,siue infectiuū eorum vt est hæresis,& tunc debet absq; mora denunciare prę lato vt gręgi suo prouideat,quādo scilicet nō est spes statim impediendi peccati per secretā monitionem sed hoc palam faciendum nō est, ex quo peccatum nec publicum nec probabile est,nec infamia quoq; super eo processit. Alias denunciator se periculo exponeret. Si vero peccatum occultū est in damnum tpale vel corporale alterius,tunc debet fieri comparatio dāni tpalis vel corporalis,ad dānū famę. Si em̄ res tēporalis est modici valoris nō debet reuelatio fieri,quia non est ledenda fama ꝑpter exiguū detrimentum corporis vel fortune. Si vero esset in graue dānū puta quia seq̄retur mors vel mutilatio vel spoliatio totius substantię vel magne partis,tunc reuelatio fieri debet prudēter

tamen & secrete. Deniq; si pctm̄ nō sit proprie occultū, sed iam infamia flagrat siue suspitiões ꝓbabiles seu vehemẽtes de crimine habentur a multis, ita ꝙ iam scādalū ortum est, tunc pōt p̄latus præcipere scienti crimē fratris vt ipsum reuelet cui præcepto tenetur ipse subditus obedire. Tunc em̄ bonum multitudinis preferendū est bono vnius. Ideo vt tollatur scandalum seu mala fama quę imminet congregationi, debet prælatus inquirere quatenus tollatur scandalū per pœnam peccantis vel per eius excusationē siue purgationē sufficiētem. Ergo Hieronym9 intelligendus est qñ pctm̄ nō est proprie occultum sed iam venit in notitiam multitudinis per suspitiões non leues, vel si intelligat de proprie occulto, non de quocūq; sed de illo ꝙ vergit in graue dānū aliorū si remediū nō adhibeatur accipi debet. Tale em̄ debet dici p̄lato non quidā vt iudici in foro publico sedenti sed vt singulari ꝑsone quę magis ꝓdesse pōt quam alij. Nō igitur reuelandū est publice sed secrete vt dictum est. Et eodē mō intelligendū est dictum augustini. Ad aliam ꝓbationem. Respondetur ꝙ nec iudex nec p̄latus possunt exigere iuramentum de dicenda publicę veritate criminis proprie occulti. Etenim si ꝓcedatur p viam accusationis, ita ꝙ aliquis in capitulo alium accuset, pōt tūc prælatus veritatis confessionem præcepto exigere, sicut & iudex ecclesiasticus iuramēto. At

uero neuter potest, vb crimē ꝓprie occultum est. Et si imminet periculū accusatori, non debet curare is qui crimē occultum nouit, quia in hmōi periculū sponte se accusator ingessit. Si vero procedatur p modum denunciationis, nō tenetur religiosus prelato p̄cipienti culpā fratris proprie occultam reuelare saltem publice imo nec secrete nō pręmissa secreta monitiōe quando speratur pro futura, sed si præcedēte monitione videat eum incorrectum, secrete prelato reuelare debet, p̄sertim si p̄latus talis est qualē eum esse decet, Qd si secus fiat, peccat p̄latus p̄cipiendo scilicet volendo inducere ad peruertendū ordinem in euangelio traditū. Peccat &, subditus obediēdo, quia plus debet obedire euangelio quā prælato. Deniq; si procedatur perviam inquisitionis, non potest etiā prælatus pręcipere reuelationem saltem publicam criminis proprie occulti, quia in inquisitiōe, quā specialis est & fit ad pœnā grauem, vt cū de criminib9 agit̄, debet p̄cedere īfamia. In quo casu pōt p̄latus veritatem exquirere, cui & tenentur subditi obedire sed hoc locum non habet in criminibus proprie occultis. Itaq; nūquā tenet̄ religiosus subdit9 ad p̄ceptū p̄latiaccusare, denūciare, significare vl ꝓponere publice crimē qđ ꝓprie occultū est quādiu sic occultū est, Ad aliā ꝓbationē dicēdū est ꝓclamationes fieri nō debere palā in. c. de occultis delictis quę grauia sūt quorum& manifestatio

famã lędit seu fratrẽ defamat,imo diuinũ trãſ-
grederetur mandatũ,qui hoc mõ pctm̃ fratris
occultũ publicaret fiunt igitur de quibuſdã lęui
bus erratis quę famę nõ detrahunt,vnde nec ac
cuſatiões nec denũciatiões proprie dicẽdeſunt,
ſed potiꝰ quędã refricatiões memorie ſeu ↄme
moratiões culparũ oblitarũ. At nihilominus ſa
tius eſt talibus ꝓclamatiõibꝰ nõ vti, niſi forte
rarenter & habito imprimis ſuperioris aſſenſu.
Imprimis ea de quibus fiunt nõ ſunt neceſſaria
ad ſalutem, deinde ſeminaria ſunt inter fratres
diſcordie & rãcoris potius q̃ ↄcordie & amoris.
Porro alius eſt modus pergẽdi tutior & facilior
videlicet ea ſpriuatim dicere prælato qui meliꝰ
prouidere poterit ſine turbatione cuiuſq̃, Deni
q; experiẽtia compertum eſt potius tales ꝓcla-
mationes obeſſe quam prodeſſe. Idcirco in ordi-
ne cartuſiano prouide ſtatutũ eſt ne fiant hmõi
ꝓclamatiões niſi de aſſenſu p̄lati ſiue ſuperio-
ris. Quod aũt adducitur in mediũ de quibuſdã
exploratoribus a prælato ſecrete deputatis. hic
modus agẽdi nõ mihi probatur, ſi fiat erga oẽs
indiſcriminanter & aſſidue, qñquidẽ hoc pacto
religiõis ſarcina moleſtior fit ſine cauſa. Et iſte
quoq; modus obſeruatiõis aliene vite ad curio-
ſitatem videtur pertinere. Sed & inutilis eſſe vi
detur, quũ pręlatus nõ debeat credere tali ex-
ploratori in præiudicium graue alterius, ſiue
vbi de culpis grauibus agitur, de alijs autem

erratis quę letalia nõ sunt & in occulto fiũt tñ esse solicitũ, nõ magne prudentię esse videtur, Si tamẽ interdũ fieret exploratio psonis ac negotijs exigẽtibus seruataq; discretiõe, non videtur res illaudabilis esse. Deniq; ad vltimã pbatione dicit siue pcepta huiusmodi fiant in visitationibus siue capitulis religiosorum extra visitationem, sanę intelligẽda sunt scilicet saluo ordine fraterne correctionis, siue pręceptum fiat communiter ad oẽs, siue ad aliquẽ pticulariter Qua in re animaduertendũ est duplicem esse reuelationem delicti quantum hic sufficit, vna fit in secreto, altera fit in publico. Itidẽ animaduertẽdum est quędam esse peccata grauia & criminalia, quę scilicet accusatione & damnatione iudiciali digna sunt, & hęc si pprie occulta sint non sunt ad pręceptum visitatorum seu pręlatorum publice reuelanda. Non tenetur ergo denuncians secrete prælato crimẽ occultum illud ad præceptũ prælati in publico proponere seu manifestare. Alia vero sunt grauia peccata quę proprie crimina non sunt, sed tamẽ mortalia sunt, & hęc etiam palam non sunt dicenda quãdo occulte sunt commissa. Alia vero sunt venialia & hęc pñt priuatim & publicę dici. Sũt tamẽ quędã leuiora peccata quę potius reticẽda sunt quam prodẽda. Itaq; duo prima genera peccatorum nunquam sunt publice reuelanda quando occulte commissa sunt, quia prælati nõ sunt

iudices hmõi occultorum saltem in foro exteriori & publico, vnde platus nõ habet potestatem quicquã pręcipiẽdi sup occultis nisi inquãtum per aliqua indicia manifestantur, puta per infamiam vel aliquas suspitiões intellige pbabiles. In his enim casibus potest prẹlatus pręcipere eodem modo sicut & iudex secularis vel ecclesiasticus potest exigere iuramentũ de veritate dicẽda, vt ait sanctus Thomas secũda secũde. q. 33. Igitur pręcepta pręlatorum & visitatorum sanę capiẽda sunt. Non enim intelligeuda sunt de peccatis criminalibus & mortiferis quę proprie occulta sunt & de reuelatione publica, Alioqui pręcepta huiusmodi iniqua forent. Tũ quia ibi esset abusus potestatis. Tum etiã quia fieret cõtra ius pontificum quo cauetur ne vllus ad denunciationẽ publicam admittatur nisi pręmissa monitiõe secreta. Tum quia lederetur fama proximi in publico, quę tamen ita lędenda non est. Tum quia subditus reuelando graui periculo temere se exponeret. Nam si publicę proderet crimen occultum quod probari nõ potest, pœna iuste afficeretur, Si enim pderet, accusando puniretur pœna tallionis, si denuntiãdo siue proponendo, nihilominus puniretur vt denunciator calũniosus vel temerarius. Eapropter statutis cartusianis bene cautum est ne crimen imponatur cuiquam in publico quod probari non potest. Sed queris an possint pręcipere

prelati seu visitatores subditis vt ipi etiã nõ interrogati secrete sibi dicant crimina & alia quæ emẽdatiõe digna sunt?Respõsio.In pctis manifestis vel ꝓbabilib9 quę scilicet ꝓbari legitime possunt dubiũ nõ est quin supiores possint eorũ reuelationẽ aliqñ p̃cipere. Et idẽ dicẽdũ est in occultis quę venialia sunt nec hoiem defamãt, qñquidẽ & hęc palam ꝓdi queũt. Atuero in criminib9 & pctis letalib9 distinguẽdũ est,aut p̃cep tũ intelligit̃ saluo ordine correctiõis fraterne & seruato ordine iuris & tũc licitũ est,aut intelligitur vel exp̃sse fit ꝯtra hmõi ordinẽ a christo institutũ,& iuridicũ,& tunc planę iniquũ est cui & subditus obedire nõ debet. Igitur anteq̃ subditus ipse iuste reuelare possit etiã secrete supiori pctm̃ alterius occultum opus est ipm pctõrẽ secrete monere si tñ verisilr secreta mõitio credit̃ ꝓfutura. Alioq̃ peccat i hoc casu mortalr reuelãdo p̃termissa monitiõe secreta. Verũ si probabiliter vel certo sciret secretã monitionẽ nõ ꝓficere,vel etiã plus nocere q̃ prodesse,nõ esset p̃mittenda,sed pctm̃ esset supiori dicẽdũ,qñ talis estimatur q possit prodesse & nõ obesse. Sed queris si pctõr occult9 p secretã monitionẽ correctus est,ãn debeat secrete denũciari p̃lato? Videtur nõnullis ꝙ sic,quia põt pctõr recidiuare vt igitur p̃seruetur,debet fieri p̃lato reuelatio. At hęc opio vniuersim itellecta friuola & falsa est,qñ si nõ timetur verisilr de recidiuo,nihil

est prelato reuelandū, quia sine causa lederetur fama proximi. Si autem verisimiliter timetur de recidiuo, tūc si is qui peccatū nouit, putet per secretam monitionem sufficienter posse fratrē a recidiuo p̄seruare tenetur hoc facere, nec reuelare, quoniam debet seruare famā proximi quātum ꝑ ratione potest, Si vero credat se non posse p̄seruare, sed p̄latum hoc decenter posse, debet secrete insinuare p̄lato vt eum a peccato p̄seruet, quia tunc negligenda est fama vt saluetur conscientia. Sed iterū queras, quādo p̄latus vel visitator per delationē vnius tm̄ nouit crimē seu mortale pc̄t̄m quod plene probari nō potest, an possit tunc in publico ipsum proponere, et interrogare reū vel etiā iuramēto aut p̄cepto astringere ad dicendum veritatem, Responsio. Si ille qui detulit seu denunciauit non est testis legitimus, puta quia crimen in eū cōmissum est, nō potest licite superior peccatū publice proponere quoniā in hoc casu nō habet nisi quandā suspitionem seu p̄sumptionē insufficientē. Si vero testis est legitimus qui et semiplenā probationē faciat videtur aliquibus quod tunc superior proponere possit, et veritatē ab ip̄o reo palā querere. Sed tamē secus sentiendū est, quoniā temere agit superior ita procedēdo vt i secunda obiectione dictum est p̄sertim vbi nulla p̄cessit infamia, tunc enim superior nō debet in publi

co reum interrogare, nec reus tenetur respõdere, vt patet. c. qualiter de accusationibus. 6. de pœni. dist. j. c. Nõ tibi dico. Et nihilominꝰ hoc non est cõtra p̃sens institutũ in quo de criminibus proprie occultis agitur. Sed de his hactenus. Nona obiectio, Potest criminosus ad crimen suũ proprie occultũ palã reuelandum impelli pro dispẽsatione cõsequenda. Etenim ꝓmouendus ad sacros ordines vel beneficiũ tenetur sua crimina occulta prodere publice vt scilicet dispẽsetur cũ eo, alias executionẽ ordinis nõ haberet. Siquidẽ. j. distinctio. c. ex pœnitentibus dicitur. Clericus deponatur a clero si ordinationis tẽpore nõ prodidit se fuisse pœnitẽtem. Itidem iam promotus tenetur sua crimina occulta post promotionẽ commissa quę impediunt ordinis executionẽ post actã pœnitentiam palam pandere vt vz dispensetur super irregularitate vel suspẽsione quã propter hmõi crimina cõtraxit. Itẽ criminosus tenetur propter crimẽ occultum p̃sertim quod impedit executionẽ ordinis etiã acta pœnitẽtia, officio seu beneficio cedere. At hoc fieri non potest aliqñ sine reuelatione criminis occulti, igitur. Responsio. quidã dixerunt ordinandũ debere prodere omnia crimina sua. Sed hæc opinio passim reijcitur, Eapropter secus respondendũ per distinctionẽ criminũ. Aut enim illa sunt notoria, vel famosa, vel occulta. Si

sũt notoria tenet ordinandus ea prodere si in terrogetur etiã si nõ impediant ordinis execu tionem post actam pœnitẽtiam, quoniam ta lia inducũt suspẽsionem saltẽ per accidẽs pro pter scandalum quod pariunt. Si sint famosa, hoc est si ordinãdus est super ipsis infamatus tunc etiam debet interrogatus a p̄lato in secre to respõdere ꝑpter eãdẽ causam an vero pu blice, dicetur postea. Si vero sint occulta ita ꝙ nec sunt notoria nec infamia vlla est, tunc di stinguẽdum est aut illa nõ impediunt ordinis execution m post pœ nitẽtiam actam, & tunc ꝓdenda nõ sunt quoniam peracta pœnitẽtia poterit talis criminosus occultus in ordine mi nistrare, vel impediũt ordinis executionẽ etiã post actam pœnitẽtiam, & tunc illa sunt reue landa prælato qui possit dispẽsare. sed secrete faciẽda est hmõi reuelatio vel in foro interio ri seu pœnitẽtiæ, vel in foro exteriori secreto. Nõ potest autem cogi ꝓ mouẽdus vt ĩ foro pu blico ea reuelet, imo ꝑperã ageret qui p̄cipe ret, & qui præcipiẽti obediret. Etenim quando sine iactura famæ potest cõsciẽtiæ ac negocijs ꝓuideri nõ est ledenda fama, sed pro ratione cõseruanda Quum igitur dispẽsatio super cri mine occulto fieri possit secrete absque detri mento famæ, haud dubie secrete facienda est. Sed dices, ĩ occultis criminibus opus est dispẽ satione, tum quia absolutio sine dispẽsatio pœ

nitētialis nō tollit pœnā cōtētiosā siue impedi mētū canonicū in foro exteriori. Tū quia sine dispēsatiōe iudiciali posset criminosus accusari de crimine, cū vero dispēsatū est nō pōt accu⸗sari, igit̄ saltē ad vitādā accusationē necessaria est in talib⁹ dispensatio. Rñsio, duplex pōt in foro pœnitētię vel secreto absolutio cōferri ab eo qui potestatē habet, vna est sacramētalis q̄ fit a pc̄tis, altera a pœnis canonicis, licet igit̄ absolutio pœnitētialis siue sacramentalis non tollat pœnas cōtentiosas siue canonicas, abso lutio tñ altera tollit, q̄ & sufficit in pc̄tis ꝓprie occultis. Quod vt pleni⁹ intelligat̄ aduertēdū est duas esse spēs criminū ꝓprie occultorum. quedā enī nec suspēsionē strictā. i. quo ad se & alios, nec irregularitatē inducūt. nec executio nē ordinis īpediūt, alia vero sic. In primis cri⸗minib⁹ occultis sufficit pœnitētia siue absolu⸗tio sacramētalis nec est op⁹ alia dispēsatiōe, vt satis patet ex. c. q̄sitū de tēporib⁹ ordinationū vbi & glosa dicit crimē occultū habita pœnitē tia nulla eget dispēsatiōe. Astipulat̄ innocēti⁹ in. c. exteriore eodē titulo dicēs in hūc modū, In occultis peccatis sufficit absolutio sacerdo⸗tis auctoritate clauiū. Nec credo ꝙ necessaria sit dispēsatio, vñ ordinari & ꝓmoueri pōt sine pc̄ō. Et subdit, hęc sūt vera nisi sit tale crimē ꝙ īpediat executionē officij etiā post pniam, hęc ille, Itaq; satis cōstat ī criminibus occultis suspēsionē vel irregularitatē nō iducētib⁹ nec

ordinis executionem impedientibus dispensa tionem iudicialē non esse necessariam nec quo ad pœnam, nec quo ad accusationem. nec quo ad administrationem aut quo ad ordinum exe cutionem. Quantumvero ad alia occulta q̄ suspensionem aut irregularitatem inducunt vel ordinis executionem impediunt, secus dicēdū est. Nam dispensationem exigunt quoad hominem habilitādum hoc est vt licite possit diui na celebrare, suumque officium exequi, & beneficium retinere. Absq; dispensatione eñ hęc facere licite non posset, verum hęc dispensatio secrete fieri debet vel in foro penitentię vel ī fo ro exteriori secreto vt ibi moriatur peccatū vbi ortum est. Sed quo ad accusationem & pœnā vitandam dicunt non nulli etiam eam esse necessariā ī huiusmodi occultis. Addunt & aliqui inter quos est anthonius de butrio criminosū debere suū crimen prodere nō solum corā episcopo siue superiore sed etiam coram testibus vt per eos probari possit ipsa dispensatio p superiorē effecta, verum hoc nobis falsum videtur si de criminibus proprie occultis intelligatur, quoniam stulte ageret qui crimen suū pro prie occultum corā testibus proderet. Nam & sine causa se diffamaret, & piculo quoq; se exponeret, quia forsan aliquis ex eis malo animo cōcitatus crimen ipsum proderet quod & per alios comprobaret. Deniq; in eo casu deberet

crimen alterius occultum celare vel saltem pu
blice non reuelare, igitur potiori ratione debet
crimē proprium palā nō prodere. Adde quod
alia est via per quā potest sibi cōsulere, s. secre
te dispēsationē petēdo. Cur igitur se proderet?
Sed obijciunt, sine dispēsatione posset crimen
ipsum accusari ab ijs qui ipm fieri viderunt.
Respōsio, falsum est quod assumūt, quoniam
peccatū proprie occultum probari nō potest,
Si enim fieret corā aliquibus per quos legiti-
me probari posset, iam nō esset proprie occul
tum, sed de alio genere occultorū, de quibus
si isti dictum suum intelligāt forte non inepte
loquuntur. At hoc nihil facit ad pręsens insti-
tutum. Sed rursus obijciūt, potest crimē quod
nunc occultū est, postea publicari puta per cō
fessionem criminosi in iudicio factā. Respon-
sio. falsum est quod assumitur si intelligant de
licita publicatiōe quoniā talis criminosus nul-
lo modo licito potest cogi ad publicā reuela-
tionem sui criminis proprie occulti siue in iudi
cio siue extra iudiciū. Sed dicat aliquis, pōt cri
men proprie occultum manifestari per cōfes-
sionem ipsius criminosi spontaneā ex leuitate
et stultitia procedentem vel etiā minis terro-
ribus blanditijs aut seductionibus extortam.
Item cum hæc crimina proprię occulta sciun
tur ab aliquo alio quā auctore eorum. Potest
ille qui nouit crimen alijs reuelare esto legiti-

me testificari nō possit, ac deinde ipsi alijs (vt assolet, retegere, ita vt infamia ex talibus reuelationibus sequatur. Quū igitur hęc pericula cōtingere possint, debet maiori cautela criminosus dispensationem a suo prælato coram testibus obtinere vt eam ꝓbare queat, si postea opus sit. Responsio. Non potest licite crimen proprie occultum publicari. Ideo perperā agit qui sua sponte vel aliena suasione ipsum publice reuelat vt probatū est. Itidem is qui crimen nouit peccat reuelando partim quia non adhibuit correctionem fraternam si potuit adhibere, partim quia non debuit leuibus personis reuelare sed tātū iis qui verisimiliter ꝓdesse possent, non obesse. Sed dices, esto committatur peccatum in peccati occulti reuelatione, nihilominus, incumbit periculum ipsi peccatori occulto per talem reuelationem. Igitur vt tali periculo prospiciatur, debet dispensationem coram testibus consequi. Respōsio, si lapsum sue lingue vel reuelatiōem eius qui peccatum nouit, verisimiliter timeat, poterit secrete a prælato dispensationē literis scriptam & sigillo munitam obtinere. Et eā apud se reclusam tenere. Hec enim sufficit præsenti negocio. Sed dices, tutius est testes adhibere prętertim si iurauerint tenere secretum, nisi quando ipse criminosus voluerit eos reuelare, hoc enī pacto melius probabitur dispensatio. Responsio, hoc

sĩ fieret non esset publice crimẽ reuelare. At ni hilominus fidẽdum prorsus non est, quoniam nulla fronti fides. Sufficiat igitur dispensatio secrete facta vt dictum est. Quibus animaduersis conficiendum est, criminosum non posse licite cogi ad publice reuelandum suũ crimẽ occultum pro dispẽsatione consequenda. Quod autem obiicitur de cessione officii seu beneficii nihil obest quoniam cessio siue renunciatio beneficii non semp arguit crimẽ in eo qui renunciat. quãdoquidẽ multas ob causas potest fieri cessio de quibus agitur. c. nisi cũ pridem de renunciatione. Et his versibus cõtinentur, debilis ignarus, male conscius, irregularis, Quẽ mala plebs odit dans scandala cedere possit. Igitur ad propositum qui crimen commisit occulte, non debet propter cessiõem ipsum publice reuelare. Tum quia non omne crimen sufficiat ad petendam cedendi licentiam, sed dũtaxat illud propter quod ipsius officii executio post peractam pœnitentiam impeditur vt in p̃fato cap̃. dicitur. Tum. 2. quia si crimen admisit occulte quod executionẽ officii ĩpediat, põt aliã dicere causã puta debilitatẽ vel insufficientiã. Et si forsan nõ possit sine mendacio aliam causam assignare, tunc cum non possit sine auctoritate supioris cedere, nec beneficiũ sine dispensatione tenere, debet secrete crimẽ supiori

detegere qui facile cum eo dispensabit vt bñficium retineat si velit, si aũt nolit retinere, cessio poterit admitti, sed ex hoc non sequitur quod propterea teneatur crimen proprie occultum palam manifestare.

CAPITE. XXII decima dissoluitur obiectio que vult criminosũ per viã excõicatiõis posse impelli ad peccatum suum proprie occultum palam reuelandum.



ECIMA OBIECTIO. Per censuram excommunicationis potest criminosus impelli ad peccatum suũ proprie occultum publice reuelãdum. Probatur tũ primo, quia percutiens clericũ etiã occulte remitti debet ad sedem apostolicam ꝑ absolutione cõsequenda. vt patet. c. Porro de sententia excõicationis. At hoc fieri non potest sine publicatione criminis occulti. Tum. 2. Si quis interrogetur in iudicio publico an sit excõicatus debet palã respõdere se esse excõicatum si ita res habet, At hoc nõ põt fieri sine manifestatione delicti occulti ꝑ quo lata est excõicationis sententia. Tum. 3. quia per sentẽtias excõicationis quę passim feruntur contra prædones & alios delinquẽtes occultos tenentur illi ipsi q crimina occulta cõmiserunt palã dicere ea se

fecisse. Alioqui sentententiã excõicationis in-currũt. Cõfirmatur si quis tẽpore pfixo in monitorio delictum occultum nõ reuelauerit ex-cõicationem incurrit, a qua nõ põt absolui, nisi per officialem siue eum qui sententiã in scriptis tulit aut superiorẽ eius. At hoc fieri nõ potest quin pctm̃ occultum reuel:tur, quãdoquidẽ absolutio quę fit scriptis & solemniter, effici non potest quin ad multorũ noticiam deueniat. Porro gesta per excõicatũ occultum non valent, sed retractãda sunt vbi cõstat de excõicatione. At hoc videtur fieri non posse quin crimẽ occultũ pdatur, denique excommunicatus occultus tenetur alios vitare, & a sacramentis diuinisque officijs abstinere, sed hoc faciendo excommunicationem siue crimen occultum manifestat, igitur. Responsio supponendũest quid sit excommunicatio & quottuplex. Excõmunicatio secundũ panor. est censura a canone vl' iudice ecclesiastico probata priuans legitima cõione sacramentorum & qñque hoim. Et diuiditur in maiorem & minorẽ. Maior est quę priuat a digna pticipatione sacramẽtorũ, & licita cõmuniõe hominũ, Minor vero solum priuat participatione sacramentorũ non aũt cõione fideliũ nec ministratione sacramentorũ. Et hęc fertur a iure & ab hoie. A iure fertur plerumque p participatiõe cũ excommunicato. Ab hoie vero ferri põt pro quolibet pctõ mortali, sine

contumacia, sed hęc nõ est in vsu, quoniam iudices communiter excommunicationẽ maiorem ferunt, & interdum nimis faciliter & leuioribus de causis quam par est. Ipsa autẽ maior excommunicatio duplex est quedam fertur a iure, altera a iudice. Ea quę fertur a iure ꝯmuni vel municipali, generatim fertur, que vero ab homine siue iudice interdũ generaliter aliquando nominatim & particulariter in aliquam personã alij vero specialiter in ꝑsonam incertam. Siue autem feratur a iure siue ab homine exigitur peccatum mortale ad hoc vt apud deũ liget. Ideo si feratur sine pct̃o mortali & contumacia vera vel præsumpta est iniusta. Ergo vbi quis mortaliter non peccat non incurrit sententiam iuris Exigitur etiam ad incurrendam excõmunicatiõem dolus verus vł pręsumptus. Nã in sententiam excommunicationis vel alium quãuis canonẽ nullus incidit nisi sit in dolo. Ideo faciens pct̃m quod lege diuina prohibitum non est propter quod lata est generaliter a iure vel homine sententia excõicationis si per ignorantiam (quę nec crassa nec affectata, sed probabilis est, hoc faciat non ligatur excõicationis sententia. Atuero si peccatũ esset lege diuina prohibitũ & sciret vel scire deberet a deo prohibitum esse, esto non sciret sẽtentiã excõicationis a iure positiuo additã esse in faciẽtes tale peccatum, ligaretur sententia

excõicationis,ſi ignorantia eſſet affectata vel ſupina,puta oẽs vel fere oẽs ſue cõditionis ſiue ſtatus hoĩes hoc norunt,& publicatur communiter ac ſcitur. Si vero ignoraret ignorãtia probabili puta illud cõmuniter non ſcitur ab hominibus ſue conditionis tunc non ligaretur pœna excõmunicationis.quia ſine culpa canonem iuris poſitiui ignorat. Eamobrem nõ meretur puniri pœna iuris poſitiui. Eapropter percutiens clericum ignorans probabiliter eũ eſſe clericum,non incidit in ſententiam excommunicationis. Item qui percutit ſine mortali peccato,etiã excõmunicationem nõ incurrit. His p̃fatis reſpõdetur ad obiectionẽ negando aſſumptum. Ad primam ꝓbationẽ ſuppoſito ꝙ ꝑpter talem percuſſionẽ ligetur percutiens cenſura ſiue pœna excõmunicationis. Dicitur primo quod non debet remitti ad ſedem apoſtolicam abſoluendus niſi pro enormi ſiue graui exceſſu. Cum autem grauis eſt exceſſus, ſolent quędam indicia apparere, eapropter delictum nõ eſt proprię occultũ. Item poteſt ſecrete abſolutionem obtinere,eapropter non compellitur peccatũ occultũ publicare. Et ſi quiſꝗ vellet hac via cogere ad crimẽ ꝓprie occultũ publice reuelandũ,poteſtate abuteret̃, qm̃ ea vteretur in ſcãdalum & defamationem alteriꝰ ſine cauſa iuſta,imo ſi in hoc caſu & aliis paſpę reſeruatis non poſſet cõmode ſine ſcãdalo

defamatiõe sui papã adire & absolutionẽm obtinere posset per episcopum vel primarium eius absolui. Si enim delicate mulieres & alię id genus persone nõ tenentur papam adire, cur tenetur delinquens occultus adire cum iactura vel detrimẽto sue famę? Nulla sanę causa i hoc afferri põt. Ad alterã ꝓbationẽ dicitur vel sentẽtia est a iure lata, & tunc nõ tenetur excõicatus proprie occultus respondere, Quũ enim sentẽtiã canonis semper iusta sit semperq; liget eum qui dolose contra eam egit, si se palam proderet se esse excommunicatum consequenter fateretur delictum aliquod lętiferum se admisisse. Aut est sentẽtia ab homine lata & tunc si ita occulta est vt nulla pręcessit infamia, nõ tenetur respondere. Et nihilominus si respondeat, non propterea ꝯfitetur se delictum aliquod ꝯmisisse, quoniã sententia homĩs qñq; est iniusta, qa sine iusta & rõnabili causa interdum fertur, qñq; etiã nulla est. Cũ igitur nõ semꝑ fertur pro crimine vero nõ sequitur si quis dicat se esse excõmunicatũ a iudice propterea aliquod crimen ꝯmisisse. Ad aliã probationẽ. Negatur assũptũ. Imo si officiales vel alij excommunicatores intenderent ac ꝑciperent vt peccatũ ꝓprie occultũ publice proderetur, grauiter errarent, & potestate abuterentur. Et nihilominus propterea non tenerentur occulti delinquentes seipsos prodere, Sed & si quid esset periculi in huiusmo

di excommunicationibus redundaret potius in eos qui temere eas tulerunt. Itaq; nō solent ad monere siue præcipere ipsis reis occultis vt se publice prodāt sed vt personę lęse quę monitionem siue excōicationē ipetrauit, satisfaciāt. Et hoc sanę facere possunt, dūmodo causa rōnabils & sufficiens existat. Quod dixerim propter auariciam eorum qui leuibus causis incitati tales sententias ferunt. Sed dices. Si possunt prelati iniungere seu pręcipere delinquentibus occultis vt personę lęse satisfaciant, videtur cōsequenter quod publicam reuelationem criminis occultti pręcipere queant, quoniam non potest satisfactio huiusmodi sine reuelatione fieri. Responsio. Non debent tales delinquentes se palam prodere sed famam suam conseruare, & nihilominus persone lęse satisfacere, quod quidem effici potest sine criminis occulti publicatione, vz per interpositam personam quæ tacito nomine delinquentis componet cum psona lęsa. Et vt delinquens de satisfactione certior reddatur, persona ipsa interposita quictantiam accipiet. Hoc aūt per ꝯfessorem vel etiam per fidelem & prudentem personā effici potest, sine detrimento famę delinquentis, vel etiā p ipsum met delinquentem habita oportunitate non quidā se prodēdo apud ipm lęsum, sed semotis arbitrijs in loco apto pecuniā reponēdo quā credit pro dāno illato satis eē. In hoc enim casu ps

Lęsa ɔtēta esse debet, nec pōt secūdum rectā rationem aliud exigere. Ad ɔfirmationem. In istis occultis potest absolutio fieri per episcopū vel pœnitētiarū ab episcopo deputatum in foro pœnitētiali vel secreto. Sed tamen nō debet tunc absolutio conferri nisi cum onere satisfaciendi psonę lęse. Etiam dicere habet absoluens se cum tali intentione & onere absolue re, & expresse declarare sic absoluto si non satisfaciat, se in eandem excōicationē esse reuersurū queadmodū rei veritas ē & iure cauetur, Si enim hoc nō obseruatur perperā aget qui absolutionē impartitur, quoniam tunc non cōsulit debite saluti animarum, & dānis eorū qui occulte lęsi sunt seu damnificati. Eamobrem si ɔmode fieri posset, iniungendū esset vt prius satisfacerēt, & postea pro absolutiōe habenda reuerterentur. Sed quia hoc passim fieri nō potest. Idcirco iniungi saltē debet vt satisfaciant quāprimū eis per facultatē licebit. Et nihilominus pōt promissio ab eis exigi de satisfactione debite facienda si ita videatur, In hoc tamē officiales plerisq; non consentiunt dicentes absolutionem per se fieri debere. Tum quia absolutio fieri debet per eum qui tulit sentētiam excommunicationis. Tum quia absolutio scriptis & solemniter fieri debet quando excommunicatio scriptis siue solemniter facta est. Tum quia prædones occulti non sufficienter

cohiberentur si tam facile absolutionem conse qui possent. Tũ deniq; quia personis lęsis non sufficienter consultum esset, quoniam paucissimi satisfacerent. At his ratiunculis non obstãtibus dicendum est imprimis, si huiusmodi excommunicatores intelligant absolutionem ꝑ se fieri posse secrete siue semotis arbitris, non inepte sentiunt, Possunt enim secrete absoluere. At uero si intelligant absolutionem tantum pro se fieri posse ac debere grauiter hallucinãtur. Si etiam intelligant absolutionem huiusmodi fieri debere quodãmodo secrete, sed tamen ita quod ab aliquibus puta duobus vel tribus sciatur, grauius errant. Si denique intelligant absolutionem publice fieri debere intolerabili errore obcecantur, & sine ratione loquũtur. Neq; vero eis suffragantur ratiuncule prędicte. Non quidem prima, quandoquidem absolutio fieri potest ab episcopo vel eo qui potestatem eius in hoc habet, quę certe potius cõferri debet prę sertim in foro ꝯsciẽtię peritis ac prudentibus theologis qui negocia consciẽtię melius norunt. Non obest etiam secunda probatiuncula, quoniam huiusmodi solemnitates nihil loci habent in proprie occultis. Etẽm qñ ecclesia polluta est ꝑ sanguis effusionẽ si talis pollutio sit occulta. nõ est opus recõsiliationis solẽnitate quę fieri deberet si diuulgata foret. Itidẽ si spõsalia fuerint occulta & necꝓcuratũ

nec in facie ecclesiæ cõtracta, nõ est opus q̃ in facie ecclesię dissoluantur, sed propria au-ctoritate cõtrahentium dissolui possunt, quia qualis est morbus, talis sufficit medicina, & si-cut in occulto consentiunt sic sufficit, vt in oc-culto sine iudice dissentiant. Ergo quod de so lennitatibus hmõi dicitur, non est inuentũ nisi propter scandalũ vitandũ, vt dicit de palude in quarto distin.27. Cũ igitur in propriæ oc-cultis nullũ sit scandalum, nihil opus est ĩ eis solẽnitates hmõi adhibere. Adde quod si fie-ret absolutio in scriptis ipsa superflua & ine-pta esset quoniã absolutio fit in scriptis, vt fi-dem aliis faciat qui alias credituri non essent. Et cui p̃cor fides fiet de absolutione qñ null⁹ excõicationem nouit? Quãuis igitur solenni-tas absolutionis adhiberi possit qñ aliquis no-minatim excõicat⁹ est vel etiã qñ excõicatio generalis manifesta est vel probari potest, nõ est tamẽ opus in hmõi occultis eã adhibere. Ad tertiã ratiunculã negatur assumptum, qm̃ per bonum et doctũ pœnitentiariũ poterunt melius instrui & sanis cõsiliis a furtis auocari quam per hmõi absolutiones scriptis effectas imo vero si persuasum eis esset se nõ posse nisi tali modo absolui, pleriq; nec confiterent nec emendarẽt nec satisfacerent. Sunt enim qui fa mam plusquã vitã diligunt. Sunt alij qui gra-uem corporis afflictionẽ potius ferrent quã

sue fame iacturam siue lesioné. Non est igitur verisimile q per hmői absolutiones quę aua ritiam interdũ redolent potius quã pietatem, efficientur meliores. Ad aliã ratiunculã. Negatur assumptũ. Et quãquã non est hoc pacto forte cõsultũ bursis, tamẽ satis cõsultum est saluti aiarum, si in foro pœnitentiali vel secreto faciat confessor quod facere debet. Hoc est si absoluat cũ onere satisfaciendi et declaret sic absoluto si nõ satisfaciat se incursurum eandẽ excõmunicationem. Absolutio enim nõ debet in foro animę indulgeri, nisi cũ onere vt satisfaciat lesio, cui si nõ satisfecerit absolutus, i eã dem recidit excõmunicationẽ, vt patet. c. eos. de sententia excõmunicationis libro. 6. Sed iã ad duas vltimas rationes principalis obiectionis respõdeamus & imprimis cum dicitur gesta p excõmunicatũ occultũ nõ valere respõ. panor. in. c veritatis de dolo & cõtumacia late prosequitur hãc materiã tam in excõmunicato manifesto, quam occulto. Sed quia hic de occultis agimus, eãobrem de gestis per excõmunicatum siue cũ excõmunicato occulto breuiter tractemus. Imprimis supponamus quod quędam geruntur ratione publici officij, quædam vero nõ ratione publici officij sed priuati quo supposito loquamur primum de temporalibus et dicamus ea quæ geruntur ratione publici officij valere quãdiu excõmunicatus est

toleratus & communi opinione pro non excō municato habitus. Itaquę alienatio rerum ecclesiæ per huiusmodi excōmunicatū facta ex hoc solo capite non infringitur, quia hoc potiꝰ facit dignitas quā persona excommunicata. Si enim cōmuni opinione nō haberetur pro absoluto, tunc gesta hmōi per eū nō tenerent. Ea vero quæ geruntur ab eo non ratione publici officij sed priuati: vt quia emit, vendidit, deposuit, locauit & aliter contraxit nomīe proprio, secundum innocētium valent. Cui astipulatur panormitanus qui & soluit rationes hostiēsis aliter sentientis. Sed puto hostieñ. intelligere de excōmunicato manifesto, & in hoc ab innocentio dissentire quoniā in occulto proprię dubium non est quin per ipsum gesta teneant, ex quo enim excommunicatio eius latet possunt omnes qui probabiliter eam ignorant, cum eo communicare & contractus inire, et si quid ei promiserint dare vel tradere ad certum terminum. tenentur adimplere. Deniq; suas iniurias et negotia prosequi potest excommunicatus quādiu occultus est. Quantum vero ad spiritualia distinguendum est, quia quędam sunt facti, quædam iuris. In his quę sunt facti, tenent gesta per excommunicatum occultum, vt ponere prouisum vel electum et confirmatum in possessionem realem. Et quāuis sit vi-

tandã excommunicatorum communio quando scitur, non tamen quando nescitur. Et nihilominus si sciretur, tamẽ in his gesta tenẽt maxime ingruẽte necessitate. Quo ad ea quæ sũt iuris vt ordines conferre, cõfirmare, sententiare & cetera id genus spiritualia, facere, subdistinguendum est, vel talia gerũtur ratione priuati iuris seu officij vt eligere, rescriptum impetrare &c. vel fiunt rõne publici officij. Prima non valent quę fiunt ab excommunicato tolerato: & multo minus quę fiunt a publice excommunicato. Ideo electio facta ab excõmunicatis quãtumcũq; occultis non tenet siue ante electionem siue postea probetur excommunicatio. Et quãuis electio pertineat ad capitulum ratione publici officij, tamen quo ad canonicos simplices pertinet ratione canonicatus. Ea vero quę geruntur in spiritualibus ab occulto excõmunicato ratione publici officij sunt duplicia. q̃dam sunt in quibus imprimitur caracter & vltra expectatur executio actus collati vt in quibusdam sacramentis, puta collatione ordinum & crismatione seu confirmatiõe. Alia sunt in quib9 nõ imprimit̃ caracter nec requirit̃ alia executio vt collatio bñficij. Et ĩ his regulariter valẽt gesta per excõicatum occultum, qui. s. cummuni & probabili opinione habetur pro non excõicato, & hoc

fit fauore iuris publici & ratione publice vtili=
tatis & quia dignitas videtur excercere & non
persona(dictum est auté q̃ regulariter tenent
hmõi gesta quoniam dubium est an excõica=
tio facta ab excommunicato tolerato valeat,
sed sanior opinio dicit excõmunicationé vale=
re Ex quo enim tolerantur videtur excommu
nicat e non persona,sed dignitas quę excõmu
nicata non est. Vnde & petrus de palude in.4.
distĩctiõe. 27.dicit si officialis occlte excõmu
nicatus aliquem propter cõtumaciam excom=
municet,sententia tenet ita vt detecto errore
necessaria sit absolutio,quia paria sunt aliqué
esse iudicem & publice iudicem putari & simi
liter aliquem esse iudicé impeditum & publice
ignorari. Ideo iudex habens impedimentum
occultum quo non potest esse index & sic reue
ra non est iudex,si communiter putatur esse iu
dex snĩa p eũ lata t3 & eodé mõ si sit vere iu=
dex sed occulte excommunicatus.facta per eũ
tenent.In his autem in quibus imprimitur ca=
racter vt in collatione ordinum, dubiũ nõ est
quin fctm̃ ab excommunicato teneat quo ad
impræssionem caracteris , quoniam caracter
semper imprimitur , sed dubium est an susci=
piens habeat executionem,cum ipse conferés
non habeat & propterea videtur non posse
eam alteri dare.Igitur siue collatio tollere=
tur siue non , videtur quod nunquam execu=

tio ſine diſpenſatione competat in hoc du bio ſũt opiniones vt ait panor. quidam enim dicunt diſpenſationẽ eſſe neceſſariã. Aliis autẽ videtur diſpenſationẽ neceſſariã non eſſe quia cum imprimatur caracter& nulla ſit culpa ex parte ſuſcipientis, debet habere executionem ſine alia diſpenſatione. Item quandiu tolãtur collator potius confert ſacramentum dignitas quę præciſa non eſt quã perſona præciſa. At tutius eſt obtinere diſpenſationem poſtquam comperta eſt excommunicatio occulta. In his tamen prædictis aduertendum eſt quando dicitur geſta per excommunicatum ratione publici officii tenere, intelligenda eſſe niſi is in cuius fauorem geſta ſunt ſciebat illum eſſe excõmunicatum, qm̃ ſi ſciebat, geſta in temporalibus retractari debent. Intellige poſtquam conſtat de excõicatione, Itidẽ in ſpiritualibus ſi actus geſtus cõcernt fauorem illius qui ſcienter adiuit excommnnicatum debet in ipſius odiũ retractari, vbi de excommunicatione conſtat, Caracter tamen impreſſus quia indebilitis eſt, deleri non poteſt, ſed executionem non habet nec diſpenſationem quoq; meretur quę tamen facile datur ei qui probabiliter ignorabat excommunicationem. Cęterum quo ad confeſſionem ſacramentalem, eſt ſpiritualis difficultas. ſcilicet vtrum omne in pedimentum quod ſi eſſet manifeſtum faceret confeſſionem iterari, fa

ciat similiter iterari quando est occultum, Intellige comperto impedimento qñ nulla est q̃stio quandiu confessus nescit seu probabiliter ignorat impedimentum verbi gratia curatus qui confessionem audiuit & absoluit est excommunicatus vel alias occulte impeditus, an absolutio valeat. Ex dictis panormitani facile solueretur ista questio sed meo iudicio nõ satis ad vnguem, ideo maiori discutione opus est. Ea propter sequendo petrum de palude qui prolixe tractat huiusmodi negociũ in. 4. sententiarum distinctione. 17. dicimus imprimis si ẽ impedimẽtum ex parte cõfitentis siue scitũ siue ignoratũ, puta quia excõmunicatꝰ est tenetur iterũ confiteri, quia ligatus absolui non potuit Ignorantia tamẽ probabilis pręseruat a culpa & pena irregularitatis sed nõ facit absolutionẽ validã esse. Ideo si talis eligeret nihil iuris haberet. Si vero sit impedimẽtum ex parte sacerdotis. distinguendũ est vel est impedimẽtũ q̃d non impedit nisi quando est manifestum vt fornicatio sacerdotis. tunc non oportet iterare cõfessionẽ quando impedimẽtum est occultũ, vñ sciẽter cõfitens curato suo occulte fornicãti vere absolutus est. Si aũt est impedimẽtum iuris diuini vt quia nõ baptisatus, vel nõ sacerdos, illo cõperto tenetur iterum confiteri, vel est impedimẽtum iuris positiui, tunc si pœnitẽs sciebat huiusmodi impedimentũ quod aliis cõuter

erat ignotum tenetur iterum cõfiteri,quia oc culte excõmuuicatus non poteſt abſoluere eũ qui nouit eum eſſe excõicatũ quandoquidẽ fi ctus eſt,peccatq; mortaliter cõmunicãdo ſcien ter in diuinis ei quem nouit excommunicatũ p̃ſertim ſi non ſit in caſu extreme neceſſitatis, quod dixerim notanter,quia in hoc caſu dicũt aliqui confeſſionẽ poſſe licite fieri excommuni cato. Si vero pœnitens ignorabat impedimen tum huiuſmodi,diſtinguẽdum eſt vel eſt igno rantia craſſa & tunc iterũ cõfiteri tenetur quia ſcire debebat.Si autẽ ſit ꝓbabilis quia ignora bat vt cœteri,tunc excuſatur nec iterum cõfi teri tenetur. Et ideo confeſſus bona fi de ſuo p̃ lato habẽti occultum impedimentum iuris po ſitiui & ab eo abſolutus,non tenetur amplius cõfiteri,qm̃ ꝓprius ſacerdos qui nõ habet im pedimẽtũ abſoluẽdi niſi occultũ,æquę põt ab ſoluẽ de iure ac ſi nullũ haberet impedimẽtũ ideo detecto impedimẽto nõ habet ad aliquẽ recurrere abſoluẽdus.Sicuti em̃ iudex hñs oc cultũ impedimẽtum ĩ foro exteriori æquę po teſt ſoluere & ligare ſicut habens nullum , ita etiam in foro interiori.Et hoc eſt notandum a cõſciẽtiis ſcrupuloſis. Sed queſtio ẽ quũ aliq̃d beneficium eſt litigioſum & is qui poſſidet nõ habet verum titulum ſed in fine cadit a cauſa, an etiã ei confeſſi teneantur iterum confiteri, dicitur quod nõ,quia licet iuriſdictionem vere

non habuerit, apparẽter tamen habuit, vel me lius dicitur ecclesia dat cuilibet possessori potestatem iurisditionis siue ius habeat siue nõ qñ ius apparenter habet quousq; de iure diffinitũ sit. Sed de his hactenus. Ad vltimam probationem dicitur quod occulte excommunicatus debet alios priuatim vitare & similiter publice quantum pro ratione potest. At uero si nõ valet hoc facere sine scandalo & defamatiõe sui non tenetur, Nam & qui nouit eius excommunicationem occultam licet eum vitare debeat nisi in casibus concessis, si publice eum videat in ecclesia, debet eũ secrete monere si cõmode facere potest vt inde exeat, alias egredi debet si potest sine scandalo facere, attamẽ quãdo sine scandalo & defamatione excommunicati facere nõ potest, exire nõ debet. Igitur pari vel potiori ratione non debet excõicatus cũ scandalo & diffamatione sui occultam excommunicationem publice detegere. Et nihilominus si retexerit excommunicationẽ nõ ꝓpter ea consequens est eum crimẽ occultũ reuelare qm̃ excõicatio hoĩs nõ semper fertur ꝓpter verum delictum vt dictum est, quoniam iniusta vel nulla esse potest.

CAPITE. XXIII. due vltime scilicet. xj. & .xii. obiectiões quę ad idem tendũt quod supradicte dissoluuntur.



NDECIMA OBIECTIO. Criminosus occultus tenetur socios siue participes criminis publice manifestare. Probatur qm̄ vsus iurisdictionum habet vt cōpellantur rei de suis sociis dicere veritatem & nonnunquam in tortura propterea ponuntur Igitur eadem ratione debet de suis criminibus ipse reus veritatem dicere. Responsio controuersia est quo ad id quod obiectum est, dicit enim petrus de palude. 4. sententia. distinctione. 21. Si quis socium de cuius correctione iam sibi constat perderet, peccaret. Nisi in casu vbi scilicet spirituali iuris ordine seruato de illo nominatim vt testis interrogaretur, tunc enim tenetur dicere veritatem. Et distinctione. 27. videntur (inquit) excusari laci qui a suspendendo requirunt socios criminum & alios malefactores quos nouit, Et ille tenetur eos prodere si credat eos incorrigibiles quū illorū crimen sit nociuum communitati quia fures sunt & latrones. Etiam si sunt correcti, tenetur ꝓdere quādo iudex de illis potest inquirere, vt quia sunt diffamati vel etiam denunciati, Alias non. At doctores vtriusq; iuris non prorsus ita sentiūt dicunt enim criminosum qui proprium delictū confessus est confessione iudiciali, non debere regulariter īterrogari de aliis criminosis, quia talis confessio periculosa est, dictum est regu-

lariter quoniam in quibusdã casibus licet. Primo propter immanitatẽ criminis vt est crimẽ lęse maiestatis. Et nihilominus in hmõi casibus exceptis, non debet fieri interrogatio nisi p̃cedat aliqua p̃sumptio. Secũdo qñ delicta nõ ꝯmittuntur principaliter in offensam vel odiũ alterius, sed propter ꝯmodũ delinquẽtis vt est falsare seu fabricare monetam, similiter furta & latrocinia facere. Ideo latrones & fures possunt secũdũ Bartolũ interrogari de socijs, receptatoribus & similibus in quibus permittitur iudici inquirere. Idem est in crimine lęse maiestatis, licet fiat in iniuriam principis. Tertio quando socius criminis est infamatus, tunc secũdũ hostiensem & Iohãnẽ andree potest fieri interrogatio. Quarto potest criminosus vt testis recipi in defectum aliorum ac faciendã aliqualem pręsumptionem maxime si agatur de crimĩe ciuiliter secundum panor. in. c. cum monasterium vt confessis. At non debet interrogari vt testis legitimus sed bene potest interrogari ad instructionem iudicis vt possit inuenire veritas. At uero de criminosis proprie occultis interrogari non debent vt ait hostiensis & ꝓbatur per. c. qualiter &. c. inquisitionis de accusationibus. Et nihilominus si teneretur criminosus prodere socios criminis, non propterea sequitur quod propria delicta occulte commissa palam prodere debeat quia in primo casu non

ledit famã ꝓpriã In secũdo vero ledit. Et mi= rum est quo ipse de palude dicat leges ꝓhibe re iquisitionẽ fieri a dãnatis de socijs crimino sis, & nihilominus ipe aliter sentit, quũ tñ nec auctoritatẽ nec rationẽ pro se adferat. Anvero sit credẽdum criminosis qui socios criminis re uelant ad interrogationẽ iudicis, vel etiã sine interrogatione, vide panor. c. iam citato. Qđ autẽ obijcitur ꝙ vsus habet vt rei cõpellãtur etiã aliqñ per torturã dicere socios criminis. Respõdetur, imprimis de tortura ꝙ nullus de bet torqueri ad testimoniũ vnius nisi sit inte= ger bone q̃ famę, siue omni exceptiõe maior. Idcirco non debet torqueri ꝓpter reuelationẽ sui socii, quia talis socius ex quo crimen suum confessus est, non est testis omni exceptiõe ma ior, cum sit vilis & ĩfamis infamia facti ea pro pter nõ põt facere sufficiẽs iudiciũ ad torturã nisi coadunetur aliis adminiculis, puta p̃sũptio nibus sufficiẽtib⁹, deniq; qñ crimina sunt noci= ua reipu. vel ꝓxĩo vt homicidiũ furtũ &c. tũc reus de sociis ĩterrogat⁹ veritatẽ dicere debet, qñ socii siue cõplices sup hoc diffamati sũt, vł est p̃sũptio cõtra eos, maxĩe qñ crimẽ ẽ noto= rium puta homicidium fc̃m̃ est de quo palã constat, tunc criminosus de suis sociis interro= gari potest q & debet eos prodere maxime quãdo aliqualiter notati sunt, & nouit eos esse impœnitẽtes & in ꝓposito nocẽdi reipublici.

Si autē certus esset eos penitere & omnino cessasse ab animo nocendi proximis vel reipublicæ tunc nō deberet eos ꝓdere nisi infamia vel p̄sumptio contra eos pręcessisset. Et ideo henricus gaudensis dicens criminosum nō debere ꝓdere crimina occulta sociorū intelligendus est, quando tantum nocent sibiipsis & nō aliis, vel si aliis nocent, certus est eos pœnituisse & animum nocēdi prorsus deposuisse. Tunc enim nō sunt nominandi, nisi iudex peculiariter interrogaret, & aliqua infamia vel p̄sumptio de eis p̄cessisset. Sola em̄ impœnitentia nō tribuit auctoritatē reuelandi delinquētes occultos, nisi aliud ꝯcurrat, quēadmodū pœnitētia nō impedit q̄n debeant reuelari iudici ꝓcedenti iuste vt decet, quia pœnitentia nō impedit pœnā fori exterioris. Sed hoc nō obest ꝓposito nostro, quoniam tunc crimē nō est proprie occultū. Addo ꝙ non sequitur, reus debet socios crimīs ꝓdere, igitur & reus proprīū crimē proprie occultū tenetur palam reuelare, hoc em̄ ꝯsequiū nullius est momēti vt iam dictū est, & causa quoq; assignata.

Duodecima obiectio. Criminosus de aliquo crimine confessus, conuictus diffamatus, vel denūciatus vt decet, tenetur omnia alia crimina quātūuis occulta dę quibus etiam nec quæstio nec fama vlla est palam reuelare, probatur. Quum fama eius iam lęsa sit, non est amplius opus vt pro ea conseruādą sua delicta occultet. Itidem

si est diffamatus de crimine debet circunstantias occultas reuelare, puta si fornicatus est cū aliqua, debet personam cum qua fornicationem commisit prodere, si per superiorem interrogetur. Cōfirmatur, si crimina occulta vel aliquod ex eis imponatur alicui innocenti qui sit in periculo mortis nisi reus ipse qui crimen commisit reuelet se peccatum illud admisisse, tenetur in eo casu peccatum suum prodere. Alioqui esset causa iniuste occisionis. Confirmatur iterū. Latro in nemore depręhensus tenetur dicere latrocinia siue furta quę commisit, esto illa probari nequeant, igitur tenetur reus aliquando sua crimina occulta palam reuelare. Confirmatur iterum, testis interrogatus an sit criminosus debet veritatem dicere. Alioqui perperam agit, quia prętudicium facit reipublice & proximo tacendo veritatem. Nam si fateretur se esse criminosum testimonium eius regulariter non valeret, & tamen reputatur validum si non confiteatur se criminosum. Responsio. Hic est opinio quædā scilicet Petri de palude distinctione. 19. quarti sententiarum qui dicit, quando iudex iuste ꝓcedit contra reū in vno crimine, potest de alijs inquirere. Et vbi reus per vnum crimen est diffamatus, etiam de alijs debet dicere veritatem. Et ideo debet facere quoad socios in crimine. At hęc opinio vniuersim intellecta vt iacet, falsa est, quandoquidem reus de vno crimine tātū

diffamatus, non debet de alijs criminibus de quibus nec est questio, nec presumptio, nec semi probatio, nec infamia, vt sunt proprie occulta, quicquam dicere nec iudex debet eum super his interrogare. Tum primo promouendus ad ordines vel beneficium non, tenetur occulta crimina prodere quę nō impediunt ordinis executionē, esto teneatur ea quę impediūt vel sunt notoria aut famosa reuelare. Tum secundo quando proceditur per modum inquisitionis non tenetur reus de occulti s quicquam dicere, nec p̄latus debet eum super his interrogare, sed tantum de his de quibus est infamia vel presumptio vt superius dictū est. Tum tertio si crimen quod iuste iudex inquirit, sit tantum dignum fustigatione, Alia vero crimina suspensione seu patibulo, non tenetur reus ea quę mortem merētur, qn̄ occulta sunt, palam ꝓdere. Alioqui sine causa se morti exponeret. Et stultus esset qui reuelationē occultorum in eo casu consuleret. Deniq; ipsemet de palude fatetur qn̄ non precessit accusatio, nec famosa vel clamosa insinuatio nec factū est diuulgatū nec denūciatū in generali vel speciali, non debet iudex inquirere, imo si inquirat, tūc iniuste ꝓcedit, At uero ꝯtingere pōt vt criminosus de vno pctō diffamatus habeat aliqua occulta de quibus nec infamia p̄cedit, nec aliquod p̄dictorum. Igitur perperā ageret iudex si de talibus

inquirere vellet & reus stulte quoq; ageret si iudici proderet, qm̃ vbi iudex nõ põt iuste inquirere, nõ tenetur reus o bedire crimen occultum reuelando. Dicamus igitur qñ reus est de vno crimine diffamatus siue qñ iuridice ꝓcedi tur ꝯtra eũ in vno crimine, non tenet̃ ꝓpterea de alijs quę ꝓprie occulta sunt quicquã palam dicere. Et ad ꝓbationẽ dicitur ꝙ occulta sunt celanda propter multa videlicet quia diuino iudicio reseruãda sunt qñ iuste pũiri nequeũt. Item per secretũ remediũ possunt dilui, & eis quoq; secrete prouideri potest. Porro ad vitãdum periculum, quod ex reuelatione ꝯtingegeret, occultanda sunt, Deniq; ad cauendum scandalum & ꝯsequenter ad ꝯseruandã famã reuelanda non sunt. Et q̃uis in eo qui de vno crimine iam diffamatus ẽ fama lęsa sit, nihilominus si plura crimina palam proderentur, fama grauius lęderetur. In ipsa enim fama gradus aliqui sunt & similiter in lęsione eius. Itaq; si vnus gradus famę ademptus est, non sequitur propterea de alijs gradibus curandum non esse, imo curandum est quantum pro rõne fieri potest. Ad alterã probationẽ quæ agit de circunstantijs occultis. Respondetur siquisquã diffamatus est de crimine occulto, & etiam de complice specialiter puta quod fornicationem cum tali muliere commisit tunc iuridicę interrogatus de vtroq; respondere debet

Si vero de crimine diffamatus est, non autē de complice saltē specialiter, quia scilicet non est expressa persona cum qua peccauit licet i genere notum sit pc̄m̄ cum aliqua fecisse, tunc non debet exprimere cōplicem sui delicti, vnde sanctus bricius postquā probauit se non genuisse infantem qui ei falso tribuebatur, noluit indicare quis esset pater eius, quoniā occultus siue non diffamatus erat. Sed dices contra primum membrum prędicte respōsionis, in iudicio pœnitentiali non debet pœnitens nominare personā cum qua peccauit igitur nec debet reuelare in iudicio forensi. Negatur consequētia, quoniā in iudicio secreto nulla sequeretur cōmoditas ex reuelatione complicis in peccato, sed in foro exteriori sequitur aliqua cōmoditas. s. emēdatio delinquentis vel saltem punitio ad terrorem siue exemplum aliorū & cōseruationem boni communis. Ad primam cōfirmationem. Casus hm̄oi nō habet locum in proprię occultis, sed quādo crimen est notoriū & nociuū reipublice siue proximo. Potest enī contingere (fateor) vt peccatum nocētis imputetur propter suspitionē aliquam innocēti, sed non sequitur propterea reū debere crimē proprię occultum publice manifestare, quoniam in eo casu peccatum nō est proprię occultum. Sed tamen quæris an reus debeat tunc pc̄m̄ reuelare. Respōsio, distinguendum est vel ipse

reus non est diffamatus, nec in iudicium propterea vocatus, quia nec pręsumptio nec infamia contra eum pręcessit. nec est ppter aliud crimen damnatus ad mortem, tunc non debet reuelare, quia plus tenet sue vitę & famę quã alterius consulere. Et si dicatur ꝙ est occasio pœne siue iniurie quæ fit innocenti, dicitur ꝙ non est causa per se siue directe imo detrimẽtum quod ei infertur, potius imputandum est iudici male procedenti, vel tali innocẽti se nõ deffendenti vt decet Si vero reus qui crimen commisit est iam infamatus & condẽnatus ad mortem propter aliud crimen, tunc nõ potest compelli in foro exteriori & iudiciali ad se ꝓdendum de alijs criminibus proprię occultis. Sed an in foro anime siue cõscientię teneatur, nota ita certum est. Ex quo enim dãnatus est, non est opus celare propter vitandam mortẽ nec etiam propter lesionem famę. Et si enim fama magis lederetur per aliorum criminum reuelationem, tñ talis lesio non videtur præferenda vitę & graui lesioni famę innocentis. Itaque videt in eo casu debere reuelare. Nec sequitur propterea quod crimen propriæ occultum debeat publice reuelari, quando ĩ hoc casu non est propriæ occultum, pręcessit enim aliquod indicium quod iudicẽ mouit ad procedendũ dici aliter potest quod criminosus ꝓprię occultus non tenetur suum crimen publi-

ce fateri nisi in casu quo reuelatio parum vel nichil sibi obest, & celatio est in grauissimum proximi preiudicium. Tunc enim secundum dictamen rationis videtur reuelatio facienda. Alias secus est,

Ad alteram confirmationem, siue teneatur latro sua crimina occulta reuelare siue non, nihil est contra presens propositum, quoniam tunc non est crimen proprie occultum scilicet quantum ad opus & actorem operis, Nam ex quo auctor est deprehensus vel infamatus de latrocinio. crimen eius partim compertum est. de quo dicetur in sequentibus.

Ad vltimam probationem. Quãuis testis iuridice interrogatus a suo iudice respõdere teneatur de omnibus quæ suam turpitudinem non detegunt, tamen non tenetur ad ea respondere que eam retegunt. Ideo non tenetur respondere se esse criminosum nec pandere crimen suum propriæ occultum. Et quãquã testis interdum repelli potest a testimonio si crimen manifestum sit, quando tamen eius crimen proprie occultum est, non potest excipi contra eum nec testimonium eius propterea inualidum efficitur. Sed de his iam satis.

CAPITE. XXIIII. agitur an is qui nouit crimen alterius propriȩ occultum possit per ecclesiam astringi ad ipsum in foro exteriori reuelandum,

POSTQVAM affatim discussum est de reo criminis proprie occulti, Videndum est an alius qui crimen ipsius rei proprie occultum nouit, licite possit astringi per prȩlatum ad ipsum reuelandum. Et videtur imprimis ꝙ sic quoniã si prælatus præcipiat vt quisquis nouit aliquod furtũ habeat authorem furti denunciare seu reuelare, subditus qui hoc nouit, denunciare tenetur, alias prȩuaricatur. Et excommunicationis sententiam incidit si prȩcepto addita sit excommunicationis censura. Similiter si patarfamilias fecerit familiam iurare de dicenda veritate, debent etiam occulta delicta reuelari. Porro si vocetur aliquis ad testimonium perhibendum tenetur de criminibus alterius, tam occultis quã manifestis dicere veritatem, quandoquidem testis a suo iudicȩ legitime interrogatus debet in omnibus veritatem dicere, debet & de occultis circunstantijs deponere, quod nouit. Pro responsione imprimis supponendum est eum qui crimen alterius

occu ltū nouit posse a suo superiore vocari siue vrgeri ad ipsum reuelandū duob9 modis in genere, vnoquidē vt denunciet accuset aut simpliciter significet, altero vt testimonium ferat. Ad denunciandum autem seu deferendū potest generatim vel speciatim vocari siue potest astringi generaliter & specialiter, generaliter quidā quum prelatus præcipit vt quisquis scit aliquē reprehensione vel correctione dignum, illum denunciet seu reuelet, vel etiam quicunq; de tali crimine, puta furto commisso noticiam habet habeat illud denunciare. Specialiter vero cum alicui precipitur vt reuelet crimē aliquod quod cōmissum est. Vtroq; aut modo præcipi potest trifariam denunciatio reuelare criminis occulti Primo vt denuncietur secrete ipsi prelato. Secundo vt coram aliquibus denuncietur. Tertio vt palā siue in iudicio publico denūtiet̄ siue reueletur. De secreta autem denunciatione seu reuelatione nihil imprefentiarum dicemus, quoniam de ipsa satis in superioribus dictū est. Deinde supponendum est non omnes posse vocari vel astringi ad ferendum testimonium, quando quidem nonnulli sunt qui nec etiam volentes in testimonium admittentur. Nō enim pater cōtra filium admittitur nec ediuerso, nec vir cōtra vxorem nec econtrario presertim si criminaliter agatur. Alij vero admittuntur si velut testificari sed cogi non possunt, vt sunt priuilegiati

per alios veritas cognosci valet, Alij autem & admitti & compelli queunt, deniq; supponẽdum est quũ aliquis vocatur ad denũciandum vel testificãdum interdum nudo præcepto seu monitione simplici vocatur siue compellitur. Aliquando vero non vocatur nudo præcepto sed censura aliqua additur puta quum fit præceptũ seu monitio sub pœna excommunicationis late sententię. His suppositis sit prima propositio. Non potest sane prælatus astringere subditum ad iuridice siue publice denunciãdũ crimen alterius proprie occultum, nec similiter ad reuelandum coram aliquibus qui testificari possent. Et si prælatus facere attentet, nõ tenetur ei subditus obedire. Probatur propositio. Nihil potestatis habent prælati in criminibus proprie occultis præsertim quoad denunciationem eorum publicam vel quasi publicã, Igitur non possunt subditos in hoc impellere. Qui enim talem eis potestatem tribuit opus ẽ vt eã probet. Confirmatur pro sententia beati thome secũda secunde, pręlatus nõ est iudex occultorum, quod maxime verum est de proprie occultis, igitur nõ potest reuelationem eorum præsertim publicã vel quasi publicã præcipere. Deinde prælati non possunt licite astringere subditos ad reos occultos publice defamãdos qui non merentur publice defamari. quia hoc illicitum & rationi aduersum est. At uero si

V

cogerent ſubditos ad denunciandum publice criminoſos proprie occl'tos, haud dubię aſtrin gerēt ad ipſos defamandos. quoniam crimino ſus proprie occultus defamatur quando publi ce crimen eius manifeſtatur vt aperte conſtat Igitur prælati ſubditos ad hoc aſtringere nequeunt. Itidem non poſſunt prælati ea p̄cipere ex quibus inimicitię, rācores odia. & alia id genus paſſim oriri ſolēt. At ex reuelatione publica occultorum ſolent paſſim inimicitię & alia huiuſmodi ꝓuenire. Igitur talia ſane pręcipere nō poſſunt, Porro non tenētur ſubditi ad iuſſum prę latorum ſe grauibus periculis & corporis & famę exponere. Atqui publice reuelā tes crimina aliorum occulta ſe talibus detrimē tis exponūt vix enim fieri poteſt quin ea quę publice denunciantur veniant ad noticiā eorū de quibus denuntiata ſunt. Poſtquā vero ipſi criminoſi reſciunt ſe palam proditos eſſe, odia cōcipiunt, perſecutioneſq; concitant aduerſus eos qui ſua occulta publice manifeſtarunt. igitur ad præceptum prælatorum non debēt ſubditi talia occulta publice reuelare. Sicut enim non licet prælatis impellere ſubditos ad ea q̄ illicita ſunt, ita ſubditi non debent in rebus iniquis ſuis ſuperioribus obedire. Secunda propoſitio, Si prælatus expræſſe præcipiat ſub pœna excommunicatiōis late ſententię vt cri-

mina etiam pure occulta sibi in iudicio vel publice denuncientur siue manifestantur. Non tenetur subditus qui peccatum alterius proprie occultum nouit, ipsum palam reuelare. Probatur quoniam huiusmodi sententia expresse cõtinet errorem intollerabilem (vtpote quę praecipit illicitum, Siquidem illicitum est crimina proprie occulta palam reuelare quẽadmodũ paulo ante probatum est. Adde quod talis sententia fit ab eo qui nullam in hoc potestatem habet. Eamobrem sententia huiusmodi nõ solum iniqua est sed etiam nulla. idcirco nec curanda nec metuenda. Et eadem ratione si prelatus pręcipiat vt is qui crimen occultum nouit, habeat iuridice denunciare, non est ei obediendum, perinde enim est acsi pręciperet expresse vt is qui nouit peccatum ipsum probet etiam si probare non potest, Hęc enim pręcepta & alia id genus continent errorem intollerabilem. Tertia propositio. Si praelatus generaliter pręcipiat sub poena excõmunicationis. Late sententię, vt quicunq; sciunt authores talis furti vel damni, habeant eos palam siue in iudicio reuelare. Non tenentur ij qui tales auctores nouerunt publice denũciare, quãdo crimẽ ꝓprie occultũ est. Hęc ꝓpositio ꝓbatur sicut & prima quoniã nihil addit nisi quod

præceptum nō fit nudum vt in prima propo-ſitione ſed cum additione excōmunicatiōis la te ſententiæ. Non enim ſane poteſt ſuperior etiam per mandatum ſub pœna excommuni-tionis late ſententię factum inferiorem impel-lere ad peccādum nec ad proximū temere de famandū nec ad ſe quoq; variis diſcriminibus ſine cauſa exponendum. Quidem tamen neo ter icus ſilueſter in ſua ſumma videtur dicere ſententiā eſſe validam. Et ideo ſecūdum eum tenetur is qui peccatum occultum nouit cōpa rere in iudicio ſi nō vult pœnam incidere. Sed ſi de proprie occultis intelligat nimis ſilueſtris eſt eius opinio, quę ei ex dictis ipſiuſmet cō-futari poteſt. Etenim is qui ſcit peccatum alte rius occultum non tenetur propter præceptū huiuſmodi ei reuelare qui dānum paſſus eſt, quia hoc eſſet inimicitias fouere vel etiam ge-nerare vt ipſemet ſilueſter ꝯfitetur. Igitur pa ri ratione non tenetur publice denunciare qm̄ ex reuelatione publica ſequerentur inimicitię etiā grauiores quā ſi parti lęſę facta fuiſſet ſe-creta reuelatio. Vix enim fieri poſſet quin re-uelatio publica deueniret ad noticiam eius qui crimen admiſit. Igitur quādo reſciret moleſti9 ferret publicā ſui criminis denūciationem quā ſi parti offenſe fuiſſet ſecrete detectum. Neq; vero pręceptum iudicis iniquū faceret quin ip ſe reus publice defamatus odium aduerſus re-

uelãtem conciperet perſecutioneſq; inferret ſi poſſet, diceret enim(nec iniuria)eum ſtulto iu dicis pręcepto temere paruiſſe & grauiſſimum ſue famę damnum ſine cauſa intuliſſe. Sed di cit ſilueſter. Sententia huiuſmodi non cõtinet errorem intollerabilem quippe quę nec illici tum aliquid continet quia intelligenda eſt ſal uo ordine euangelico, nec impoſſibile quoq; complectitur, quoniam non eſt opus denũciã tem a iudice aſtrictum probare quod denun ciat, ſed hoc interdum fit vt ex denũciatiõe ple nior habeatur noticia & ꝓcedatur ad ſpecia les inquiſitiones vel queſtiones. Reſponſio, Eſto non contineat expreſſe errorem intolle rabilem quia non exprimit de quibus intelli gat, & in aliquo ſenſu valere poteſt & ligare, ſi tamen huiuſmodi ſententia vniuerſim intelli gatur non ſolum iniqua eſt ſed etiam nulla, tũ quia lata ab eo qui poteſtatem in hoc non ha bet, tum etiã ad illicitum impellit vt probatum eſt. Nec valet dicere ꝙ intelligenda eſt ſaluo ordine euãgelico, quia illo dato adhuc alia ra tione nulla eſt, quoniã ſi quis huiuſmodi ordi nem ſeruauerit non propterea ſequitur eũ poſ ſe licite crimen proprie occultum palam reue lare propter cauſas iam aſſignatas. Nec valet etiam dicere quod denuncians ad præceptum iudicis non tenetur probare, quoniam illo ad miſſo non ſequitur propterea quod quis licite

crimen occultum publice denunciare queat. Verum vt hoc negocium plenius intelligatur, aduertendum est cum qum prelatorum sententię siue monitiones sub pœna excommunicationis late sententiæ generaliter fiunt, distinguende sunt secūdum duplicem sensum quem habere queunt vnus est quem verba faciunt, Alter in quo verba fiunt. Si capiantur vniuersaliter in primo sensu vt scilicet verba sonant, non solum sunt inique sed etiam nulle, quoniā ad validitatem earum opus esset superiore in omni casu licite reuelationē precipere, & subditum licite obedire siue reuelare posse. Hoc autem falsum est quia multi sunt casus in quibus nec præceptum superioris ligat, nec subditas licite parere potest Si vero capiātur in sensu in quo verba fiunt. i. secundum intentionem superioris, sub distinguendum est secūdum duplicem intentionem, Nam quedā mala siue rationi aduersa est. Altera bona. Secundum primam intentionem non sunt interpretande huiusmodi sententię siue monitiones, nisi (quod absit, palam constaret de peruersitate intētionis. Igitur secundum alteram intentionem capiende sunt, a qua huiusmodi sententię. Vires sumunt. Sed ad institutum redeundo dicimus ꝓbationē siluestri nullius esse momēti. Imprimis assūptū est falsum si sniavniuersim capiat

quandoquidem errorem intollerabilẽ includit Si vero capiatur ſcđm ſanã ꝑcipiẽtis intentionem pa'ã eſt eos nõ cõprehendi qui delinquẽtes ꝓprie occultos tantũ nouerũt. Non enim tunc intendit iudex vt ij reuelare teneanť qui nec ſane aſtringi, nec etiã licite obedire q̃unt. Deinde cõſequentia nullũ habet momentum. Non enim ſequitur ſententia nec continet illicitum nec impoſſibile igitur valida eſt, quoniã aliunde inualida ſiue nulla eſſe poteſt. Puta ꝓpter defectum iuriſdictionis ſicut eſt in ꝓpoſito in quo nec plenior notitia ſperanda eſt, nec ad inquiſitiones quoq; ſpãles procedi poteſt, quapropter ſententia vniuerſaliter intellecta & iniqua & inutilis & nulla pœnitus eſt. Idcirco ridiculum eſt dicere quod debeat is qui crimen proprie occultum nouit ſe ſiſtere coram iudice& dicere ſe malefactorem quidem noſſe ſed palám reuelare non poſſe. Hoc enim per ſe friuolũ eſt. Attamen ſi crimen probari poſſet ſecus eſſet dicendum, ſed tunc alius caſus foret. Sed dicet ſilueſter ſententia iniuſta quæ expreſſe non continet errorem intollerabilem non eſt propterea nulla, quoniam ad nullitatem ſententiæ exigitur expreſſio erroris in ipſa. Alias timenda eſt quippe qui liget certe per accidens & quo ad eccleſiam, Igitur prefata ſententia ligat. Reſponſio, Aliter de ſententia ſpeciali quæ particulariter ;

siue nominatim ꝯtraquempiā lata est, sentiendum est, & aliter de sententia generali. Etenī sententia specialis que iniuste siue propter causam iniustam fertur puta si excōicatur aliquis propter furtum quod reuera ab eo cōmissum non est, timenda est quoniam licet quo ad deū non liget, tamen quo ad ecclesiā ligat, eapropter si is qui reus esse putatur, eam cōtemneret, scandelisaret grauiterq; peccaret. Timenda inquam est iniusta sentētia nisi expresse cōplecteretur errorē intollerabilem, vel nisi de errore notorie constaret, vel deniq; nisi de nullitate sententię luculenter appareret. Tūc enī nec timenda nec curāda foret quippe quę nulla esset, Alias vero timenda est vt diximus. At uero sententię generaliter late non sunt omnino eiusdem generis maxime pro criminibus proprie occultis, satis enim est ad hoc ꝙ nec ligent nec formidande sint, si in foro animæ constet de earum nullitate, puta quod nō fuit intentio iudicis in tali casu ligare vel saltem quod non potest tunc astringere, quemadmodum contingit in criminibus occultissimis & proprie occultis. Nam is qui talia nouit nec reuelare nec iudicem adire tenetur, nec propterea vllam censuram incurrit. Satis assentitur Angelus in summa qui dicit. ad generale mandatum iudicis etiam sub pœna excommunicationis factum non tenetur is qui occultum

nouit iudici reuelare, nisi probare possit. Et ideo cum dicitur in literis comminatorijs qui scit, intelligitur de scientia probabili, quod dictum angeli verum est si intelligatur de publica denunciatione, quoniam ad ea non tenetur nec astringi potest, nisi qui probare saltem aliquo modo valet. An vero teneatur secrete iudici reuelare si probare non potest, dictum est superius. Quod autem obiectum est in principio huius capituli de patrefamilias, distinguendum est, aut enim truculentus siue ferus est & pro tali reputatur siue existimatur, Aut ediuerso benignus & rationabilis per experientiam satis comprobatus est, primo modo non sunt occulta ei reuelanda. Nec tũc familia per iuramentum præstitum astringitur, quoniam sanę interpretandum est. Alioqui licitum non esset. Secundo modo potest fieri reuelatio eorum quę a prædone siue raptore exportata sunt si probatio aliquãdo fieri possit & probabiliter scitur ipsum patremfamilias non esse ꝓcessurum nisi vt decet. At uero si nihil probationis effici possit, non est reuelatio facienda. Nec iuramentum in hoc casu ligat, & si aliter intendebat iurare familia, incaute iurauit, Eã obrem iuramentum in hoc casu obligatorium non est. Cum igitur crimina proprie occulta nec semiplene quidam probari queant, conficitur ea non esse reuelanda nisi forte secrete ei

qui prodesse & non obesse possit. Quarta pro- positio, Si per mandatum generale vel specia le etiam sub pœna excōmunicationis factum vocet prælatus subditum vt ferat testimoniū non tenetur de criminibus proprie occultis qc quam dicere siue deponere. Probatur propo- sitio quoniam secundum communem senten- tiam quę temere relinquenda nō est, is qui ad ferendum testimonium generatim vel specia- tim vocatur. in multis casibus nihil dicere te- netur. Imprimis nihil prorsus dicere debet de peccatis quę audiunt in confessione pœniten- tiali siue pœnitentem absoluerit siue non. Se- cundo nihil dicere debet de his quae sibi sub se creto commissa sunt, quando sunt debita mate ria sigilli secreti puta id quod commissum est non subiacet correctioni superioris nec est in præiudicium alterius tale secretum reticere. Tunc enim testi non licet reuelare etiam si p̄- cipiatur sub pœna excommunicationis, quo niam pręceptum iuris naturalis & diuini plus ligat quam præceptum prelati, imo præce- ptum prælati, tunc non obligat, eapropter ei obediendum non est. Et ita intelligendus est scotus dicens in quarto sentētiarum secretum non esse reuelandum. Atuero si secretum ca- deret sub correctione prelati, puta quia graue delictum est commissum in præiudicium no- tabilereipublice vel proximi, secus esset vt su-

perius dictum est. Tertio nihil dicere debet testis de criminibus proprie siue pure occultis. Vnde si exigatur ab eo testimonium in occultis non tenetur ad testificādum vt ait thomas secunda secunde. q. lxx. qui de ꝓprie occultis intelligendus est eo in loco. Quarto nihil dicere tenetur de ijs in quibus interrogatur contra formam iuris, puta si clericus ad ferendum testimonium in causa sanguinis vocetur nihil dicere debet. Et idem de alijs qui ad testimoniū ferendum secundum censuram iuris non admittuntur, Quinto non tenetur testificari qui priuilegium habet super testimonio non ferendo nisi forte quando alij testes haberi non possent. Ex his liquet quemadmodum pro communi doctorum sententia, non tenetur is qui ad ferendum testimonium vocatur quicquam de criminibus proprie occultis dicere. Sed probatur aliunde, prelati non sunt iudices pure occultorum vt dictum est nisi inquantum per aliqua indicia manifestantur. Cum enim manifestantur per indicia sufficientia tunc desinunt esse pure occulta. Igitur non possunt ipsi prælati per sentētiam excōmunicationis vel alias impellere ad ferēdum in eis testimonium, probatur consequentia qm̄ impellere per sentētiā ad ferendum testimoniū, actus est iurisditiōis. Sed dices. Is q a suo iudice vocat⁹, interrogatus &, Iuratus vt deponat siue dicat qcqd scit

de aliquo facto, tenetur testimonium ꝓbere veritati. Cõfirmatur, possunt testes per ecclesiasticam districtionẽ cõpelli ad ferendũ testimonium, ꝓsertim si per alios nõ bene possit veritas cõprobari, vt patet. c. primo de testibus cogendis cũ ibi notatis. Qui enim veritatem occultat, peccatum committit mortale, vt ait ibi glosa. Respõsio. qui vocatur ad ferẽdum testimonium debet testificari quando eius testimoniũ requiritur authoritate superioris ĩ hoc authoritatem habẽtis & procedentis secũdum ordinẽ iuris, præsertim quũ veritas aliter sciri nõ potest. Et ideo in manifestis & ijs de quib9 infamia ꝓcessit, vel cũ vehemẽs ꝓsumptio est, aut semiplena ꝓbatio, tenetur subditus deponere seu testimoniũ fidele ferre. Nec tunc op9 est ꝙ delinquẽtẽ ꝓmonuerit, nec est etiã opus quod delictũ plene probari queat, quia tũc nõ venit vt denũciet sed vt testificetur. Et hoc modo intelligẽda sunt iura quę dicunt eos qui vocantur ad ferendũ testimonium debere testificari, imo & nonnunquã ad hoc cõpelli posse. In casibus enim ꝓfatis maxime cõcurrentib9 ijs q̃ dicta sunt, perperam ageret subditus qui vocatus & interrogatus a suo iudice, vt decet, non vellet testimonium ꝓbere, quoniam obedire tenetur superiori in his quæ ad iustitiam pertinent, & limites potestatis ipsius superioris non excedunt. Assentitur panor. loco iã ci-

tato dicens. In casibus in quibus iudex potest de iure interrogare,non respondendo sed negando vel celando veritatem quis mortaliter peccat,quia debet obedire suo superiori ī his quę spectant ad officium suum. Atuero si aliter,seu in alijs exigatur a subdito testimoniū: puta in pure occultis,& de quib9 infamia seu alia indicia sufficientia non p̄cesserunt.&c. nō ꝑteneturtestificari. Astipulatur sanctus thomas s͡cda s͡cde quęstione.lxx.articulo primo. Et ꝑ hoc diluta sunt quę obiecta fuerunt. Nō enim subditus iuridicę interrogatur vel cogitur ad ferendum testimonium,quādo crimen ꝓprie occultum est,imo repugnat ꝙ super talib9 occultis interrogetur, & iuridice interrogetur, quoniam interrogatio de huiusmodi occultis iuridica non est. Sed dices,testis de occultis circunstantijs interrogatus deponere siue dicere debet quicquid nouit, igitur tenetur aliquando de occultis testificari', Responsio.si crimen sit pure occultum,tunc nec ipsum nec circunstantię eius palam notificādę sunt. Si vero nō est proprie occultum,tunc testis interrogatus super occultis circunstantijs respōdere debet, vt dicunt Innocentius,Hostiensis & Panormitanus. Sed pace eorum hoc non est vniuersaliter verum, quoniam interdum contingeret personam defamari quę defamari palam non meruit. Ideo distinguendū nobis videtur.

Aut enim circunstantię sunt tales ꝙ per earũ reuelationẽ nullum fit proximo nocumẽtum nec propterea periculum imminet reuelandi, vel ediuerso detrimentũ proximo ĩferť aut im minet reuelanti periculũ. queadmodũ contin- git dum circunstantia personę occulte reuela- tur. Quo ad primas circunstãtias potest earũ fieri reuelatio, etiã si occulte sunt qñ crimẽ pu re occultũ nõ est, sed pręcessit infamia vel ali- quid hmõi. Cũ enim per manifestationẽ earũ nullus defametur, nec periculũ aut detrimen- tum sequatur, nõ est cur testis eas reticere de- beat. Quo ad aliud genus circunstãtiarum nõ debet fieri reuelatio qñ pure occulte sunt, ver bi gratia. Aliquis est infamatus de fornicatio- ne, sed mulier cũ qua fornicationẽ fecit incer- ta siue occulta est, testis eã cognoscens nõ de bet eã speciatim noĩare, quoniã persona quæ nõ est infamata sed pure occulta noĩari nõ de bet. Si vero esset infamata, q̃admodum & is qui cum ea fornicatus est, nominãda foret, sed tunc circunstantia pure occulta non est. Et ita intelligendi sunt canonistę p̃fati. Ex his patet queadmodum nec reus criminis proprię siue pure occulti, nec alius quiuis qui crimen ip̃m nouit, licite potest per authoritatem ecclesia- sticam astringi ad ip̃m palã reuelandũ. Eam- obrem tantum reuelatio secreta locum in tali- bus habet, quę tamen nec semper nec passim

facienda est sed decenter ac discrete quēadmodum in superioribus dictum est. Sed hactenus dixisse sufficiat de potestate ecclesię seu prælatorum quo ad reuelationem criminum propriȩ occultorum tam secretam quã publicam siue manifestam.

CAPITE. XXV. discutitur an ecclesię prȩlati possint pro peccatis propriȩ occultis pœnas canonicas inferre, & obiectiones quędam diluũtur.

TRANSEAMVS. Igitur ad aliud genus potestatis ecclesiæ. & excutiamus an ecclesia siue prȩlatus ecclesiasticus possit crimina ꝓpriȩ occulta punire, vel vt apertius agam, an possit delinquentes propriȩ occultos propter delicta pure occulta aliqua pœna in foro exteriori afficere. Pro huiusmodi dissolutione quædam sunt de criminibꝰ & pœnis prȩmittenda. Imprimis supponenda est multiplex acceptio criminis quæ superius posita est. Deinde supponēda est crimĩs multifaria diuisio q̃ solet assignari pœnes varias cō siderationes siue respectus. Etenim respectu

iurisdictionis siue fori diuiditur crimē in ecclesiasticum ciuile, & mixtum. Deinde respectu executionis. i. accusationis vel denuntiationis. diuiditur in publicum, priuatum, & exceptū, Deniq; respectu pœnarum canonicarum praesertim & spiritualium, diuiditur ab aliquibus in enorme mediocre & minimum siue leue, & hęc diuisio proprie ponitur vt sciatur quae crimina impediūt susceptionem & executionem ordinum. & quae non, quam quidem ponit de butrio. c. ex tenore de tempo. ordi. Ab alijs aūt diuiditur in enorme mediocre & minus, & hāc diuisionem ponit summa siluestrina in verbo crimen, quę differt a priore in tertio membro. Ab alijs vero diuiditur crimen in leue, graue, grauius & grauissimum, quam diuisionem ponit panormitanus in. c. tue discretionis de pœnis, inquirens quę sint peccata depositione digna, explanationes autem membrorum prędictarum diuisionum poteris in locis allegatis videre si iuuat, de quib9 nihilominus. in sequētibus dicetur. Porro supponendum est canonistas parum apte loqui de grauitate peccatorū Non enim aspiciunt ad ea quę proprie ac simpliciter ad grauitatem faciunt, sed potius ad pœnas quę in iure criminibus imponūtur. Ita q; grauiora siue maiora dicunt ea crimina esse quę maiori pœna canonica afficiuntur Verbi gratia. Periurium dicunt esse de mediocribus

criminibus & minus esse homicidio voluntario, quia vident homicidio pœnam grauiorem imponi. Nam homicidium etiam occultũ pœna irregularitatis punitur, periurium vero occultum minime. Itaq; quo ad effectum suspensionis vel irregularitatis homicidium grauius est, sed tamen reuera periurium cæteris paribus obsolute grauius existit. Itidem diffinitiones non satis aptas faciunt, Cum enim quæritur ab eis quę sunt pctã enormia, dicunt ea esse quę ex sua natura inducunt suspensionẽm, irregularitatẽ vel depositionem. Item quũ quęritur quenam sunt crimina quę irregularitatẽ vel suspensionem ex se inducũt, dicunt ea quę valde grauia seu enormia sũt. Itaq; circulatiõe vel petitione principii vtuntur, Et falsum quoq; afferunt dum dicunt aliqua esse crimina ex sua natura suspẽsionem vel irregularitatem inducentia, quoniam accidentale est criminibus suspensionem vel irregularitatem inducere. Si enim cõstitutionem canonicam sustuleris nullum crimen huiusmodi pœnas inducet. Quãdo quidẽ omnis irregularitas ex crimine ꝓueniens de iure canonico introductio est. Nec obest quod bigamus seclusa lege canonica irregularis est, qm̃ bizamia proprię crimen nõ est Nullũ ergo crimẽ pœnas hmõi & sua non ducit. Sed ita loquẽtes, interprætantur ex sua natura. i. iuris dispositione, Apta scilicet iterprę-

tatio. Adde quod membra prædictarũ diuisio nũ presertim tertię vix aliter quam per exem pla notificant. Taceo quod quidam mediocria crimina in maiora & minora diuidunt, & alia id genus, quę ꝓsequi tediosum est. Deniq; suo ponendum est quid sit pœna canonica. Ea enĩ est quę infligitur per canones vel authoritate canonis seu iudicis canones iudicantis. Hęc au tem dupliciter diuidi solet vno modo secundũ se. Altero modo secundum causas pœnam infe rentes. Primo mõ diuiditur in tria genera siue spẽs, prima est pena spiritualis. Altera corpo ralis, tertia pecuniaria seu temporalis. Primũ genus seu species diuiditur in repræhensionẽ siue increpationem, in censuram ecclesiasticã, (que excõica tionem, suspensionem, & interdi ctum cõplectitur in irregularitatem, infamiã, depositionem, & degradationem. Secundũ ge nus diuiditur in ieiuniũ aliasq; abstinentias, in verbera, ceterasq; corporis afflictiones, in ser uitutem & exilium, quod multipliciter fieri po test. Tertium genus posset diuidi sed diuisio ni hil proposito conducit, quãdoquidẽ de primo genere hoc est de spũali pœna potissimũ age re nobis certum est, de qua & theologi in quar to sententiarũ distinctiõe. xxv. loquũtur excu tientes an hæretici ab ecclesia precisi & dãna ti possint tradere sacros ordines, & similiter an pœna canonica impediat a susceptiõe & col

latiōe ordinū. Altero modo diuiditur pœna secundum causas pœnam inferentes quę in genere sunt quadruplices, quędam enim inferuntur a iure siue statuto. Alię a consuetudine. Alię ab homine quę sunt triplices, scilicet iudiciales, arbitrales & conuentionales. Alię mixte quę sunt cōtumacie punitiue. His breuiter suppositis negociū propositum per quasdem propositiones absoluamus quarum prima sit huiusmodi. Non possūt ecclesię prelati nominatim ac speciatim punire delinquentes ꝓpter delicta pure occulta neq; aliquod genus pœne exterioris eis inferre, Hęc propositio non est operose comprobāda, cum satis palam sit eos puniri specialiter non posse quorum crimina latent. Quenā, oro, vel qualis pœna peculiaris eis inferretur qui delinquentes nec reputantur nec sciuntur? Secunda propositio. Non possūt prelati per statuta constitutiōes, vel sentētias generales pro criminibus proprie occultis pœnas corporales vel pecuniarias inferre. Et de pecuniariis quidem satis clarum est, cum etiā prelatis non liceat per pecuniarias tātum pœnas manifesta delicta punire. Etenim fierent homines ad peccandum faciliores si pœne huiusmodi duntaxat imponerentur. Nullam enī delinquens pertimescit culpam cum se sperat eam numeris redimere, 11. questione. 3. pauper

Sed quia probatio huiusmodi non satis valida est quia tantū concludit statuta illa fore iniqua quę pro grauibus delictis pœnā tantum pecuniariam imponerent. Ideo aliter probatur ꝓpositio. Non possunt prȩlati pœnas huiusmodi exigere a delinquentibus pure occultis nec eos ad pœnas ipsas sibimet infligendas cogere nisi velint. Igitur nullā in eis ptātem iurisdictionis præsertim coerciue directe habent. Siquidem iurisdictioni foro exteriori sine coertione nulla est. Confirmatur. Si fierent statuta ipso iure vel facto pœnam corporalem siue pecuniariam imponentia, non tamen ligarent in foro anime ad soluendam pœnā nisi prius ipse reus cōdemnaretur vel saltem declararetur talem promeruisse pœnam. At uero sententia cōdemnatiua siue declaratiua, non potest ī proprie occultis locum habere vt constat. Adde. Nimis absurdum esset si reus siue criminosus pure occultus tales sententias iuris vel hominis cōtra se teneretur exequi. Sed obijciet aliquis, per statuta religionum pctis pure occultis nōnūq̄ imponūtur pœne corporales, puta si quis vinū purum absq; aqua (siue occulte siue palam) biberit in sequenti refectione vino careat. Itidem si quis hoc vel illud etiam secrete fecerit teneatur priuatim siue semotis arbitris se virgis cedere. Igitur pro delictis occultis possunt pœne corporales per statutum vł

præceptum ſaltem generale imponi. Reſponſio ſtatuta huiuſmodi non ligant niſi volentes hoc eſt niſi eos qui per voluntariam profeſſionem eis ſe ſubiecerũt. Hic autem loquimur de ſtatutis vel ſententiis quę a poteſtate iuriſdictionis cohercíue profiſciſcuntur. Talia enim ſi fiant vt decet, etiam inuitos ligant. Quę ſane in proprie occultis fieri nequeant quantum ad pœnam corporalem ſiue pecuniariã infligendam pertinet. Sed dices. Non nulla ſunt iura quę huiuſmodi pœnas ipſo facto imponũt ſed iura huiuſmodi non ſolum ĩ manifeſtis ſed etiam occultis locum habent quoniã pœna iuris imprimitur etiam in delinquente occulto, Confirmatur, quia pœna excõmunicatiõis afficit delinquentem non ſolum manifeſtum, ſed etiam occultum, igitur & pœne prędicte quæ in ipſo iure continentur, vel detur ratio diuerſitatis. Reſponſio conceſſa maiore minor plane neganda eſt cum ſua probatione, quoniam pœna corporalis vel pecuniaria non imprimitur ipſo facto in delinquente proprie occulto. Igitur tantum de ſpiritualibus pœnis intelligẽdum eſt. quod allegatum eſt. vel ſi de aliis pœnis intelligatur, tunc de peccatis aliquo modo ſed nõ prorſus vel proprie occultis accipiẽdũ eſt. Ad confirmationem negatur conſequentia quoniam excõmunicatio pœna ſpiritualis eſt, quę acutior eſt pœnis non ſpiritualibus, cuiuſ-

modi sunt corpales & pecuniarie pœne. Ideo non sunt eiusdē rationis. sed de hoc statim dicetur. Rursus obijcies, Iura pœnalia quæ huiusmodi pœnas ipso iure vel facto imponunt, seruāda sunt in foro animę presertim quę nec peccatum in se cōtinent nec rationi dissentiūt, igitur si quis etiā occulte iura huiusmodi pœnalia transgrediatur, tenetur in consciētia pœnam a lege siue iure impositam soluere. Responsio, q̄n eadem est ratio eadēq; ligandi potestas in vtroq; foro scilicet cōsciētiæ & ɔtentioso, leges siue ɔstitutiones, quę cōditiōes vere legis habent, in vtroq; foro seruande sunt, qui enim temere huiusmodi leges transgreditur, piaculum committit. At vero quum ratio legis in foro conscientię cessat, siue quādo vim ligandi in ipso foro animæ non habent, non sunt de necessitate in eo seruande. In proposito autem constitutiones pœnales pœnam corporalem vel pecuniariam imponētes nihil loci habēt in proprie occultis etiam si pœnā imponant ipso iure vel ipso facto. vnde si pœna non sit a lege imposita sed imponenda, exigitur condemnatio. Alioqui non tenetur quis in foro animę pœnam huiusmodi soluere sed sufficit soluere interesse. Si vero lex vel statutum pœnam imponat ipso facto vel ipso iure, non requiritur sententia condemnatoria sed exigitur sentētia declaratoria per quam declaretur

crimen a tali fuisse commissum antequam fiat executio. Absurdum enim foret quod reus teneretur talem sentẽtiam contra se exequi. Sed nec alius sine licẽtia iudicis, quę vim habet declarationis, exqui potest. Vnde pro regula tenẽdum, Iura vel statuta omnia quę pœnã corporalem vel pecuniariã ipso facto vel iure imponunt, non sortiri executiõem siue effectum nisi per sententiã prius declaretur contra criminosum crimen ab eo commissum fuisse. Nõ enim ante sententiam huiusmodi tenetur reus in foro anime pœnam talem soluere, nec etiã contra eum a quoquã iuste executio fieri potest. Et panormitanus aliter sentiens & dicens quando factum est notorium sententiam declaratoriã non exigi, passim reprobatur cum angelo qui eum in huiusmodi errore secutus est. Sed ad institutum redeundo neutra prædictarum sententiarum locum habere potest in proprie occultis quandiu sic occulta sunt. Itaq; iura tales pœnas imponentia non sunt de proprie occultis accipienda. Tertia propositio. Non possunt ecclesię prælati pœnas depositionis degradationis, ĩfamię, vel priuatiõis bonorũ pro criminibus ꝓprie occultis etiã per cõstitutiões siue sentẽtias generales inferre. Probatur ꝓpõ. Nõ est data pręlatis potestas quę exerceri siue executioni mandari non potest

cet in occultissimis & proprie occultis quia nõ sunt eiusdẽ rõnis cum manifestis ꝓbabilibus, vel aliꝭs generibus occultorũ. Quinetiã in iis quę occulta non sunt, nõ põt executio fieri nisi prius sentẽtiatum fuerit super crimine & saltem nisi per iudicẽ licentia data fuerit. Requiritur ergo sententia declaratoria quantum ad pœnas quę ad sui executionẽ requirũt actum hominis, cuiusmodi est priuatio bonorum, & queuis corporalis pecuniariaq; pœna. In talibus enim absq; sententia declaratiua pœna ipsa effectum siue executionẽ non sortitur. Nisi forte in ꝯstitutiõe siue statuto diceretur expresse ꝙ nulla requiratur. declaratio etiã super facto, tunc enim non exigeretur sententia declaratiua. hoc in proprie occultis fieri nõ potest. Sed specialiter obijcies de hęreticis, quoniam hęretici etiam occulti perdunt omnem titulum omnemq; dignitatem ecclesiasticã ipso facto. Item bona eorum sunt ipso iure vel ipo facto cõfiscata itaꝙ eis non licet ea retinere, nec etiam alienare, quoniã ad fiscum pertinẽt a die commissi criminis. Responsio controuersia est an hęresis aufferat titulum siue dignitatem ecelcsiasticam iure diuino, quidam enim putant hęreticos esse tali potestate priuatos eo ipso quo hęresim incidunt. Alij dicunt potestatem ecclesiasticam non necessario fundari in fide infusa de iure diuino sed in caractere baptis

mali. Itaq; non perdunt hęretici titulum siue potestatem ecclesiasticam quoad incipiāt suā heresim manifestare. Sed vtcumq; res habet quantum ad ius diuinum pertinet. Nihilominus hęretici pure occulti nō sunt per ius humanum ipso facto depositi vel bonis priuati, imo licite possunt eis vti, eaq; cum bona conscientia retinere, & etiam alienare. Nec ad fiscum pertinēt bona eorum nisi crimen possit aliquo modo probari, Et ideo canonistę dicentes bona hęreticorum esse ipso iure vel ipso facto cō fiscata, intelligendi sunt quando hęresis eorū est manifesta vel saltem probabilis. In quo casu nihilominus executio confiscationis fieri nō debet nisi prius fuerit per ecclesiā super ipso crimine sentētiatum. Sed de his postea. Quarta propositio. Possunt ecclesię prælati delinquentes pure occultos per censuras ecclesiasticas generaliter latas ligare siue punire. Appellatione autem censure ecclesiasticę iura intelligunt excommunicationem, suspensionem & interdictum vt patet. c. querenti de verborum significatione, Additur & irregularitas quę & ipsa spiritualis pœna est. Hæc autem propositio ponitur secundum communem opinionem dicentem prelatos posse per censuras generaliter latas punire delinquētes pro peccatis nō solum manifestę sed etiam occulte commissis, & statuta quoq; siue canones late sententię fa

cere posse pro futuris, quem in ipso facto inci dent transgressores etiam occulte delinquentes. Probatur propositio. Imprimis toto orbe christiano per prælatos siue officiales eorum fiunt monitiones sub pœna excommunicationis latę sententię contra prædones et alios id genus delinquentes pure occultos vt damnum illatum resarciant. Alioqui, sententiam incidēt. At insanum est putare totam ecclesiam in hoc hallucinari, & facere solere quod facere non potest. Confirmatur si prælatus per confessionem tantum cognouerit crimen alicuius quod occulte commisit, potest reum ipsum in genere excommunicare si ille cui damnum illatum est petierit iustitiam, quemadmodum patet capitulo si sacerdos de officio ordinario et tamē in casu peccatum proprie occultum est quoniam prælatus ipse nec testificari nec per aliqua indicia sanę potest delinquentem ipsum manifestare. Igitur pro peccatis præteritis etiam pure occultis possunt prelati censuras generales ferre quibus delinquentes afficiūtur nisi faciant quod iubetur. Quod etiam possint canones latę sententiæ pro futuris facere, probari facile potest, quoniā multis in locis iuris canonici reperiūtur hmōi cōstitutiones. At fatuū est dicere ꝯstitutiones siue canones huiusmodi nihil virū habere & inaniter in corpore

iuris repofitos effe. Adde qđ ſancti patres in ſynodis generalib⁹ collecti fecerunt quaſdã hu ius generis cõſtitutiones, vt ſtatim patebit. At impiũ eſt dicere patres ipos in hoc erraſſe, tũ quia ſynodus generalis in rebus hmõi halluci nari nõ poteſt. tum quia hoc modo arguerẽtur ſancti patres temeritatis & pſumptionis quip pe qui attẽtaſſent id facere quod nõ potuerint. At inſanũ eſt tantã notã patribus impingere. Qđ autẽ in iure reperiantur cõſtitutiones qui bus delinquentes etiã occulti puniant ſiue li gentur facile eſt probare. Imprimis homicida etiam occultus punitur irregularitate, quia p hibetur & ſacros ordines ſuſcipere, & in ſuſce ptis miniſtrare vt patet. c. quęſitum de tempo ribus ordina. cum ibi notatis. Item doloſe per cutiẽs clericũ etiã occulte excõmunicationem incidit, vt patet. c. porro de ſententia excõica tionis, cui cõſonat. c. non dubiũ eodem titulo &. c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. Abſurdũ enim eſt dicere eum qui manus violentas inijcit in clericum occultę ſiue ſemotis arbitris, excom municationem nõ incurrere. Itidem ſimonia cus in ordine quãtumcũq; occult⁹, eſt quo ad ſe et alios ipſo facto ſuſpenſus. c. tanta de ſi monia. Similiter hęreticus quãtũuis occultus eſt ipſo facto excõmunicatus. c. excommuni camus de hęreticis. Ex his liquet aliquas eſſe conſtitutiões ſiue canones late ſententiæ qui

bus ligantur ac puniuntur delinquentes etiam pure occulti. Quibus astipulantur theologi canonistæq; pœne omnes. Sed aduersũ p̃fatam propositionem possunt fere obiectiones omnes fieri quæ adducte sunt superius ad probandum ecclesiam non posse per censuras generales ligare siue punire delinquentes occultissimos siue prorsus occultos. Verum ad vitandũ tedium non fiet hic repetitio nisi vt quicquã addatur. Igitur imprimis obijciet aliquis. Nec apostoli nec discipuli domini nec sancti patres qui eos proxime secuti sunt leguntur vsi potestate huiusmodi. Atqui nõ est verisimile quin aliquando vsi fuissent si putassent talem potestatem sibi fuisse diuinitus cõcessam. Huic obiectioni duplex respõsio dari valet. Imprimis potest negari consequentia, quoniam non se obtulit tunc temporis sufficiens occasio exercende potestatis huiusmodi. Et quãquã in primitiua ecclesia scelera grauia palam & occulte commissa sunt, non tamen ita passim vt nũc committi solent, quapropter nõ fuit tunc opus propter raritatem delinquentium potestatem huiusmodi in occultis exercere. Aliter dici potest discipulos christi hac potestate vsos quandoq; fuisse & canones late sententię fecisse, nã et paulus videtur duplici genere excommunicationis vsus fuisse scilicet particulari & generali, particulari enim vsus est aliquando qui-

dem tacito nomine videlicet quum eum qui vxorem patris habebat excommunicauit vt patet prime ad Corynthios quinto. Aliquando vero nomine expresso, quemadmodum patet in excommunicatione quam tulit in hymeneum & alexandrum quos tradidit sathane vt discerent non blasphemare, vt aperte liquet primæ ad thimotheum primo. Sed pro manifestis tantum vsus est hoc genere ex communicationis, & rarissime quidem. Aliquando vero etiam vsus fuisse videtur generali excommunicatione in pseudo apostolos & hęreticos cum ait ad galathas primo. Si quis vobis euangelizauerit, preter id quod accepistis, anathema sit, Et ad titum tertio capite dicit hęreticum esse vitandum quia subuersus est, qui eiusmodi est & delinquens cum sit proprio iudicio condemnatus, quod verbum non tantum de manifesto sed etiam occulto hęretico capiendum est. Et si dicas Paulus non erat summus pontifex igitur non potuit sententiam excommunicationis generalem facere. Responsio potuit generalem sententiam ferre in ecclesijs sibi subiectis cuiusmodi galathe erant. Potuit etiam vt preco christi, per auctoritatem sibi peculiariter a deo concessam facere canones qui omnes ligarent. Sed iterum dices si concedatur pau

lus fuisse vsus tali potestate, hoc tamen non fuit pro occultis sed tantum pro manifestis. Responsio imo pro vtrisq; vsus fuit. Nam & euangelizare falsam doctrinam fidei ad-uersam palam & occulte fieri valet & hereti-cus quoq; aliquis et manifestus et occultus es se potest. Ideo verbum pauli de manifestis et occultis accipi potest. Quo ad patres autẽ qui discipulis christi successerunt, dubium non est quin fecerint multas constitutiones ad repri-menda peccata presertim grauia quæ successu temporis in ecclesia creuerunt, Sed an huius-modi constitutiones siue canones etiam ad cri mina pure occulta se extendi deberẽt olim du bitatum fuit, quẽadmodum ex sequẽtibus elu cescet. Sed altera tangatur obiectio, p̃lati non sunt iudices occultorum siue nullam habẽt in eis potestatem iurisdictiõis, igitur nullam pro talibus sententiam ferre, nullamque pœnam saltem fori exterioris infligere possunt. Proba tur consequentia quia nec valida sententia fer ti, nec iusta pœna ĩfligi potest ab eo qui iudex non est siue qui potestatem iurisdictionis non habet, Responsio. Angelus in summa fatetur ecclesiam præcipere posse de occultis, sed inficiatur eam de ipsis iudicare posse. At hoc per se friuolũ est si capiat vt iacet, Si enim ecclesia possit p̃cipere siue legẽ facere de occultis, etiã

potest de ipsis iudicium aliquod facere, Nam & censuras pro occultis facere potest, censura autem iudiciũ quoddam est. Igitur aliter putantes dicamus ecclesiam siue p̄latum posse & p̄ceptum & iudicium gñale de ꝓprię occultis facere, generalem, scilicet sententiã siue cẽsuram ꝓpter huiusmodi occulta ferẽdo. At nõ potest specialiter et nominatim ꝓ huiusmodi occultis censuras inferre, et hoc forte modo intellexit angelus dicens ecclesiam de occultis iudicare nõ posse. Cum ergo dicitur p̄lati non sunt iudices occultorum sane intelligẽdum est videlicet quod nõ possunt pure occulta ad suũ iudicium deducere et ibi sententiam peculiarẽ de ipsis ferre. At non sequitur qui possent censuras generales ꝓ grauibus criminibus infligere. Sed aliam addamus obiectionem. Non potest ecclesia siue p̄latus ꝑ canonicas pœnas, etiam spirituales quę censure ꝓprię non sunt, delinquentes proprie occultos punire siue ligare. Igitur nec per censuras canonicas ꝓbatur consequentia, quia non videtur potior ratio de his quã illis, imo arbitrarium prorsus videtur dicere ecclesiã siue prælatos aliquas pœnas spirituales pro criminibus occultis inferre posse, alias vero minime. Responsio. Quãquã prima fronte videtur obiectio huiusmodi fortis esse, dissolui tamen facile potest negando consequẽtiam cum sua ꝓbatione, Causa enim

diuersitatis est q; cēsure sūt ceteris pœnis acu tiores que & liberius operantur ac penetrant. Ideo non requirunt ad sui executionem factū hominis sed trahunt secum executionem, Alie autem pœne canonice etiam que spirituales sunt, exigunt actum hominis ad sui executio-nem ad quā quidē nō potest delinquens occul tus obligari, Hoc enim & durum & absurdū foret. Sed dices, imo potest aliquis ad pœnam sibi ipsi imponendam astringi. Nam & pœni-tens p peccatis etiam occultis pœnam tempo ralem suscipit ne pœnam eternam patiatur, Responsio potest aliquis ad pœnam ferendā astringi quando sponte se subijcit. Atuero non est rationi cōsentaneū, vt aliquis inuitus astrin gatur ad pœnam fori contentiosi sibi inferen-dam p̄sertim quando nota siue scandalū inde sequeretur, hoc autem contingeret si pro pec-catis occultis quispiam seipm deponeret. Et nihilominus si nulla defamatio proueniret ex pœnarum huiusmodi executione non tamen possunt delinquentes occulti decenter obliga ri ad pœnas sibi inferēdas, quoniā hoc nimis & arduum & absurdum est, Non potest autē ecclesia ad ea q̄ absurda sunt et cōmunem fa-cultatem excedūt obligare. Deniq; ex his po test obiectio quedam dissolui videlicet, Si pos set ecclesia occulta peccata punire, eadem ra tione posset ad ea reuelāda astringere. Respō

detur enim negãdo quod assumptum est, quoniam ad punitionem generalem quę fit per cẽsuras canonicas non sequuntur illa detrimenta quę sequũtur ad reuelationem criminum occultorum pręsertim quę publice fieret. Ideo simile nõ est. Sed hactenus de proprie occultis dixisse sufficiat.

CAPITE. XXVI. incipitur agi de tertio genere occultorum scilicet vt partim occultis & imprimis de omnibus speciebus ipsorum occultorum generatim agitur, deinde speciatim de primis duabus speciebus tãgitur quo ad forum exteriorem quarum prima est cũ ipsum occultum est semi probabile, altera cũ ad est pręsumptio siue suspicio vehemens.


AD TERTIVM genus occultorum quę scilicet partim occulta dicuntur, quum accedere velem prima fronte sistendum nec vltra progrediendum putaui animaduertẽs negotium huiusmodi potius ad iuristas pertinere. Verum sedula mente volutãs hanc materiam & frequentem esse, & omnes fere tangere, tandem decreui quicquam dicere antequam finis latebroso occultorum negocio

imponatur. Igitur pro huius negocij discussio ne quędam generalia primũ tractabũtur dein de de specialibus agetur. Imprimis declarandum est latius quã ab exordio dictum est quę sunt portim occulta. Ea enim sunt quę quoad aliquid manifesta vel probabilia existũt & quo ad aliquid non manifesta, hoc est quę nec notoria nec plene probabilia sunt quo ad opus & authorem operis simul, sed semiplene quoad vtrumq; probari possunt, vel de ipsis est p̃sum ptio siue suspicio vehemens vel infamia, vel factum ipsum notorium est sed author ignoratur. Deinde supponẽdum est quatuor esse gñ̃a partim occultorum, Primum est quum semiplena probatio habetur puta quum aliquis testis legitimus de facto & authore deponit. vł etiam cũ habetur plusquam semiplena sed tamen sufficiens ac plena non habetur vt negocii qualitas exigit. Alterum est quum suspicio siue prę sumptio vehemens, vel alia indicijs habentur ex quibus quodam modo semiplena ꝓbatio fieri põt. Aliud genus est quum fama sufficiens vel clamorosa insinuatio super crimine seu facto aliquo flagrat quod tamen plenæ probari non potest. Quartum genus est quum factum aliquod est notorium sed de authore eius nec fama nec probatio semiplena, nec aliquid huiusmodi habetur, puta

quum aliquis occisus reperitur sed homicida ignoratur. Insuper supponendum est quatuor prefata genera partim occultorum seorsum sumēda nec simul iungenda esse presertim ex eorum conmercio plena probatio resultaret. Si enim simul hec pacto iungantur, non continetur huiusmodi commercium sub hoc genere partim occultorum. Quinetiam si aliquod præfatorū generum per se sufficeret ad sufficiētem probationem puta testis vnus vel præsūptio suspicio siue iadiciū aut fama, ad hoc genus occultorum minime pertineret. Porro supponendum est in istis occultis præsertim quæ criminalia sunt diuersimode procedi posse scilicet per viam inquisitiōis, denunciationis, accusationis siue actionis & exceptionis. Per viā aūt īqsitiōis ꝓcedi pōt ex mero iudicis officio vl ad instantiā alicuius procurantis instigantis seu promouentis inquisitionem. Item p viā denūciationis potest procedi secrete vel publice Et per viam accusationis potest procedi criminaliter vel ciuiliter, item ad interesse proprium consequendum aut interesse publicum tm̄. Itē potest agi ad vindictam vt crimē puniatur poena debita & naturali, vel ad depositionem ab ordine vel ad priuatiōem beneficii tātum hec autem procedendi varietas diligenter cōsideranda est in istis partim occultis sicut & ī aliis Nā secundum modum procedendi debet sen-

tentia ferri. Nō enim debet iudex aliquem dānare & punire nisi tela iudiciȷ rite procedāt cōtra illum. Item ex diuersis procedendi modis varii effectus resultant & pœne quoq; ex diuerso procedendi modo saltem de iure canonico alterantur. Mitius enim punitur conuictus de crimine per viam inquisitiōis quod per viā accusationis. Et pōt quoq; iudex moderari pœna quū proceditur per viā inquisitiōis qm̄ hoc ei9 arbitrio relinquitur, nō autē quū per viā accusationis proceditur, deniq; supponēdum cū queritur quid potestatis habeat ecclesia siue p̄lati in partim occultis triphariam intelligi potest. s. de potestate quo ad mere precipiendum vel prohibendum, Item de ptāte quoad reuelationē seu respōsionem, & de ptāte punitiua quemadmodum in proprie occultis dictum ē. His prefatis expediamus ea que cōmunia sūt omnibus grauibus ptim occultorū & paucis propositionibus rē absoluamus. Prima sit huiusmodi, habet ecclesia potestatem in partim occultis quo ad mere precipiendum vel prohibendum, ita quod eius precepta sunt in rebus partim occultis obseruanda, Si enim ecclesiastica potestas locum habet in proprie occultis vt superius dictum est pari vel potiori ratione locum habet in partim occultis, cum satis certum sit ecclesiam maiorem in partim occultis quam in proprie occultis habere potestatem,

q̃a maiorẽ de illis cognitionẽ habet,& ad suũ quoq; forũ deducere põt vt ex sequẽtibus elu cescet. Secunda propositio. Potest ecclesia siue prælatus præcipere reuelationẽ partim occultorũ quæ peccata non sunt. Itẽ eorum quæ pctã quidẽ sunt sed suum authorem nõ defamant vbi resciũtur. Hæc ꝓpositio non est operose ꝓbanda. Si eñ possit (vt potest) ecclia reuelationẽ ꝓprie occultorũ quæ pctã non sunt, & etiã quæ pctã sunt sed mortalia nõ existãt haud dubie potest etiã reuelationẽ partim occultorũ p̃cipere quũ maiorẽ habeat in partim occultis quã in proprie occultis ptãtẽ vt dictũ est. Tertia propositio. Potest ecclia astringere saltẽ indirecte ad grauia delicta partim occulta in foro interiori siue pœnitẽtiali reuelanda. Et enim is qui tenetur per ecclesiæ præceptũ in pascate confiteri, dubio procul tenetur suã crimina nõ solum manifesta sed etiam partim occulta cõfiteri. Si enim cõfiteri tenetur de peccatis ꝓprie occultis a se cõmissis, eadẽ vel potiori ratiõe tenetur delicta partim occulta suo confessori pandere si veniam consequi optat. Sed iam quantum ad forum exteriorem attinet de ipsis partim occultis agamus & peculiariter rem tractantes duo prima genera expediamus in quibus de probatione formali vel equiualenti quæ sufficiens ac plena non est fit mentio hæc autem quum per ynum testem

legitimum aut præſumptionem ſiue ſuſpitio= nem vehementem vel alia id genus indicia ef= fici ſoleat, declarandum imprimis eſt quando teſtis vnus, item quando pręſumptio ſuſpicio ſiue indicium ſemiplenam probationem facit. Teſtis ſemiplenam probationem facit qñ tria concurrunt, primum quando conditiones ha= bet requiſitas ad teſtem legitimum quę his verſibus continentur. Conditio, ſexus, etas, diſ cretio, fama. Et fortuna fides in teſtibus iſta re quires. Secundum quando in teſtificatione ſe habet vt decet puta ꝙ nõ ſe ingerat quod iure t qđ nõ vacilet qđ nõ variet, ſeu ꝯtraria nõ dicat qđ nõ nihil taceat de cõtingẽtib⁹ ſup quib⁹ in terrogať qđ deponat ſup facto qđ exprimat locũ tẽpus & modum & tantum ſuper iuratis teſtificetur. Tertium ſi cauſa ſuper qua produ citur, per duos teſtes (quod ſit regulariter, ter minari queat, his enim concurrentibus teſtis ẽ integer legitimus ſiue omni exceptione maior. i. qui nulla exceptione repelli valet, et ſemi= plenam probationem facit in cauſa quæ duos teſtes exigit & eis contenta eſt. Sed dices vox vnius vox nullius, igitur teſtis vnus nullum probationis gradum efficit. Reſponſio, di= ctum illud commune intelligitur quo ad ple= nam probationem, non quo ad ſemiplenam fidem enim de aliquo habere eſt diuiduum

Idcirco testis vnus bene qualificatus, vt dictũ est, gradum probationis facere potest, Sed iã veniendum est ad pręsumptionem quę ponitur triplex scilicet iuris tantum, Iuris & de iure simul, & hominis. Pręsumptio autem hominis quę & suspitio alias dicitur triplex a iuristis poni solet scilicet violenta, vehemens seu probabilis, & lęuis siue temeraria. Violenta siue vrgentissima & indubitata sufficit non solũ ad fidem & credulitatem sed etiam ad condemnationem puta inuenitur nudus cum nuda in eodem lecto suspectus cum suspecta. An vero in delictis pręsertim grauibus procedi possit per huiusmodi pręsumptiones siue ꝯiecturas difficultas est; dicit angelus procedi non posse. Putant alij oppositum dicentes quãdo est pręsumptio vrgẽtissima & indubitata potest quis etiam criminaliter puniri, Et cum passim doctores dicunt in grauibus criminibus non esse procedendum per coniecturas, intelligendum est de probabilibus tantum. At quum periculosum sit iudicium quod pręsumptionibus innititur, non videtur in criminibus esse procedẽdũ quo ad impositionem grauis pœne saltem talis qua puniretur crimen ipsum si plene clare ac sufficienter probatum esset. Præsumptio vero siue suspicio vehemens & probabilis est quę ex cõiecturis siue iudicijs non leuibus sed

fortiter animum, viri prudentis mouentibus consurgit & hęc semiplenam probationem facit & interdum cum vno teste vel iuraměto plenam efficit probationē an vero ex talibus pręsumptionibus liceat in malam partem de alijs iudicare, putant aliqui licitum esse saltem non esse peccatum mortale, puta loquitur suspect9 cum suspecta loco & tempore suspecto qui & male famę est & frequenter in tali vitio deprę hensus, Puto tamen non esse faciendum in talibus iudicium prorsus certum sed tamen opinionē vehemētē sinè pctō haberi posse p̄sumptio leuis seu temeraria oritur ex leuibus iudicijs puta quum malum aliquod præsumitur ex colloquio leuium personarum. Et si tamen ex talibus iudicijs dubitetur de bonitate vel malicia alterius veniale peccatum est. Si vero pro certo malicia credatur peccatum mortale est si sit in re notabili & scienter ac deliberate iudicetur. Quod si pergatur exterius ad sentētiandum vel malum aliquod inferendum grauius piaculum est. Istis autem tribus præsumptionis speciebus puto addendum esse aliam præsumptionis speciem. quæ nec probabilis nec temeraria est. Non est inquam probabilis seu vehemens quia non facit probationem semiplenam, nec temeraria quia ex leuibus iudicijs non consurgit puta quum criminosus de se

confessus & de suis sociis interrogatus veritatem respondet. Ex responsione enim huiusmodi oritur præsumptio quędã quæ interdũ nec vehemens nec temeraria est. Itidem quum testis legitimus de credulitate non aũt de scientia loquitur. Similiter quũ vir honestus asserit se ab aliquo alio lęsum, siue offensum, In his & aliis idgenus casibus habetur quędã p̃sumptio quę aliqualem facit credulitatem sed non semiplenam ꝓbationẽ. Quantumvero ad iudicium pertinet aduertendum est indicium trifariã capi posse. Vno quidem modo latissime ꝓ signo quo aliquid sufficienter vel insufficienter indicatur & hoc mõ ꝯplectitur indiciũ leue ꝓbabile & violentum, Leue indicium est cõiectura præsumptio siue suspicio leuis quę abijcienda est nec indiciũ in ea fundari debet. Probabile indicium est coniectura probabilis quę præsumptionem vehementem facit & interdũ sufficit ad torturam sed non ad conuinciẽdũ, vt dicunt quidam iuriste, violentum est quod probationem sufficientem facit. Altero modo capitur late indicium vt complectitur indiciũ probabile et violentam dumtaxat vt enim notat panormitanus in capitulo tertio de probationibus indicia in lata significatione possunt sumi pro plena probatione. Item pro pręsumptionibus iuris tantum siue iuris & de iu-

re vel præsumptionibus violentis quæ suffi- ciunt ad ferendam sententiam diffinitiuam, hoc pacto intelligenda sunt iura quæ dicunt indicium vim equalem habere cum testibus & instrumentis. hoc etiam modo diuiditur in- dicium in plenum & semiplenum. Plenum est diuinatio rei per signa sufficientia per quę animus in aliquo tanquam vero quiescit & plus inuestigare non curat. Semiplenum est præ- sumptio fortiter mouens animum ad aliquid credendum vel dicendum, Tertio modo capi- tur indicium proprie, & est medium intelle- ctuale veritatis ex aliqua singulari circunstan tia insurgens, & clarius a panormitano diffi- nitur in capitulo [ ] vestra de coha. cler. & mul. dum ait indicium proprie est notabile signum dicti, rei seu facti quod subijcitur necessitati probande, & hoc pacto tantum complectitur indicium probabile hoc inquam pacto indiciũ videtur esse coniectura præsumptio siue suspi cio quędam probabilis quę non plene indicat sed dat signum & viam ad plenam veritatem habendam. Et de huiusmodi indiciis sunt iura quędam intelligenda quę dicunt indicia non sufficere ad cõuincendum, Hoc deniq; mõ nec plene ꝓbatiões nec ꝑsumptiones violente & vrgentissime que scilicet habent animũ indicis inducere ad fidẽ & credulitatẽ, indicia ꝓprię

vocantur. Quot autem iudicia requirantur ad probationem plenam vel semi plenam, nō potest certa regula dari. Ideo relinquitur iudicis arbitrio qui prudenter ac diligenter discutere habet quantam vim habeant ad inducendum eius animum indicia huiusmodi. Deniq; secundum panormitanum in.c.fi.de iure iurādo nō potest etiā certa regula dari quid semper sufficit ad semiplenam ꝓbationem sed iudex pensatis omnibus ad negocium pertinentibus ex suo ingenio et industria frequēter hoc arbitrari habet. Sed aduerte humanam industriam in hoc non satis esse. Igitur iudex in talibus angustijs et dubijs constitutus imprimis ad diuinū auxilium confugere debet et prudentum virorum vti cōsilio nec semper suo capiti inniti debet et diligenter cuncta rimari p̄sertim quū de magno agitur p̄iudicio. Debet deniq; animū ab omni mala affectione defecatū habere quoniam male affectiones iudicium peruertere et veritatis notitiā īpedire solēt, deniq; animaduertēdū est aliud esse loqui de pctō quod semiplene ꝓbari potest, sed nondum facta est semiplena probatio, & aliud de pctō iam semiplene ꝓbatio, quoniā in primo casu pctm̄ adhuc pure occultum est quātum ad iudicē siue prelatum attinet, Ideo non potest p̄latus astringere saltem directe, ipsum delinquentem ad ipsum in foro exteriori reuelandum. In secundo

vero casu an possit, Dubietas est de qua nunc agere certum est, Et imprimis an p̄latus potestatem habeat in partim occultis q̄ semiplene probata sunt quātum ad eorum confessionē siue relationem attinet. Et primū quidem videtur sentire beatus Thomas scda scde q̄stione. lxix. p̄latum posse astringere subditum ad confessionem faciendam, quoniam pro sententia eius tenetur reus in hoc casu veritatem cōfiteri si per superiorem vrgeatur. At hęc opinio falsa est vel certe insufficienter declarata. Falsa enim est si vniuersaliter siue in omni casu & negocio intelligatur. Si vero non intelligatur vniuersaliter, sed in aliquibus tantū casibus, tunc insufficienter posita est, quandoquidem non exprimit in quibus teneatur reus veritatem confiteri & in quibus minime. Alij vero in quibus sunt angelus & siluester putant quando proceditur per modum inquisitionis ex mero officio & non agitur ad aliam pœnā quam spiritualem, reum debere ad p̄ceptū superioris veritatem sui criminis confiteri quando semiprobatio p̄cessit. Et ita videntur isti dictum thome tēperare siue interp̄tari. Sed hęc opinio prima fronte nulli solido fundamento inniti videtur quippe quę nec rationem pro se adfert nec authoritatem sufficientem. Qđ em̄ allegat. c. cum dilecti de accusationibus nō est ad propositum, quum in eo capitulo. nihil de

semiplena probatione cũ qua nõ incurrit infa mia, sed tantũ de clamorosa insinuatione fiat mẽtio, vt aperte liquet. Capitulũ illud (fateor) bene facit pro opinione panormitani qui dicit vbi crimen est notorium vel famosum & procedıtur per modũ inquisitiõis ex mero officio, tenetur reus ad p̃ceptum superioris veritatem confiteri, sed nihil facit pro opinione illorum summistarum quatenus loquũtur de semiplena probatiõe cũ qua nulla fama nullũq; aliud indicium cõcurrit. Idcirco nõ debuerunt capitulum illud quãtum ad hoc citare, nec opinionem Thome cũ opinione Panormitani iungere, Deinde nulla est ratio cur debeat fieri reuelatio quum agitur ad pœnã sp̃ualem tantum & non ad aliã saltem equalẽ aut maiorẽ, quoniã si quicq̃ rationis dari posset maxime esset quia pœna corporalis grauior est. At hoc non est vniuersaliter verũ q̃nquidẽ sępe contingit pœnã corporalẽ vel tẽporalẽ esse minorẽ spirituali. Siquidẽ lęuius est aliqua corporali vel pœna pecuniaria mediocri palã affici quã diffamari aut turpiter ab officio seu beneficio deponi, Igitur si teneť subditus crimẽ sẽp̃ cõfiteri q̃n agiť ad pœnã sp̃ualem etiã tenetur aliquãdo q̃n agitur ad aliã pœnã p̃sertim q̃ minor est seu facili⁹ tolerari potest, Igitur p̃fata opinio non satis solida videtur si vniuersaliter intelligatur. Dicamus igitur quod nobis vide-

tur & negocium quibusdā propositionibus ab soluamus. Prima propositio. Criminosus qui crimen cō. nisit semiprobabile interdū cōpelli saltem indirecte, seu causatiue potest ad crimē suum in foro exteriori secreto cōfitendum, patet de crimine illo cui annexa est aliqua cēsura quā i foro interiori tollere p̄latus nō vult, sed in foro exteriori secreto dispēsare vel absolue re paratus est. Talis enim se prodere saltem secrete tenetur si sue saluti consulere cupit. Secūda propositio. Possunt prælati directe astrin gere subditos ad sua crimina in foro exteriori prętertim secreto confitenda quę iam per vnū testem legitimum siue per semiplenam probationem cognita sunt quando probabiliter non imminet, seu verisimiliter non timetur secuturum graue aliquod periculum seu detrimentū ex tali confessione. Probatur hæc propositio, quoniam potissima ratio quę afferri potest ad probandū pręlatos non posse subditos astrin gere ad confessionem criminum partim occultorum est, quia non possunt impellere subditos ad se defamandum vel ad graue detrimentum incurrendum. At huiusmodi ratio, cessat in proposito, Adde ꝙ semiplena probatio potestatē tribuit inquirēdi de crimine, de quo facta est apud pręlatum accusatio, vel denunciatio, videtur ergo prelatus confessionem posse exigere, Vbi nullum ex ea sequitur graue

periculum, Alioqui nõ plus authoritatis habe rent prælati in huiusmodi occultis quam ĩ ꝑr sus, vel proprie occultis, quod sane dici non poteſt. Deniq; crimen ſemiplene probatum pertinet ad forum exteriorem, igitur ali quid iuriſditionis in eo exerceri poteſt, At non videtur quid potius excerceri poſſit quam exigere delicti confeſſionem que nullum gra ue detrimentum ſit allatura, puta quia tendi tur ad emendationem delinquentis, vel ad ca uendam criminis iterationem aut impediendũ aliquod paccatum vel nocumentum quod de fectu confeſſionis ſequeretur. Ex præfata pro poſitione ſequitur quando ꝓceditur per inqui ſitionem ex mero iudicis officio tenetur inqui ſitus ſiue interrogatus veritatem reſpondere prælato ſecrete interroganti quando crimen eius ſemiplene probatum eſt ſi nullum graue detrimentum ex tali reſponſione veriſimiliter ſit conſecuturum. Si enim grauis deffamatio vel aliud notabile prȩiudiciũ probabiliter ſen tiret ſibi imminere non teneretur ſubditus reſ pondere ſiue confiteri proprium delictum qñ cũ ſemiplena probatione per teſtem vnum vel prȩſumptionem facta nec infamia præceſſit, nec aliud iudicium concurrit. In hoc enim caſu non licet cuiquam proximũ ſuum defamare igitur potiori ratione nec ſeipſum diffamare li cet. Secundo ſequitur quãdo proceditur in fo

ro exteriori nõ publico ad instantiam partis per inquisitionẽ accusationẽ actionẽ vel denũciationem nõ tenetur reus respõdere quando est tantũ semiprobatio sic.s. ꝙ nulla ꝑcessit infamia nec aliud cõcurrit indiciũ, probaẽ quia in inquisitione quę fit ex mero iudicis officio plus exuberat iudicis officiũ quã quum proceditur ad instantiã alterius, sed in illo casu non tenetur reus crimen confiteri, vt patuit, igitur nec in hoc casu astringitur. Sed dices quando proceditur ex mero iudicis officio & ad pœnã tantũ spiritualẽ agitur, tenetur reus veritatẽ dicere quando per superiorẽ ei ꝑcipitur vt dicunt summiste nõnulli. Respõsio, friuolum est dicere ꝙ reus tenetur veritatem dicere quando agitur ad pœnam tantum spũalem & nunquã teneatur qñ agitur ad pœnã corporalem vel temporalẽ, quoniã cõtingere potest vt pœna corporalis vel temporalis sit minor spũali igitur potius attendenda est quantitas pœne quã qualitas. Si ergo ex cõfessione delicti imminet grauis pœna corporalis vel spũalis, nõ tenetur, sed an teneaẽ quando ꝑcessit infamia vel aliud patẽs indiciũ cũ semiprobatione concurrit, dicetur postea. Astipulatur innocẽtius dicens si reus nõ est infamatus nec conuictus nec cõfessus nec dephẽsus nõ debet eũ iudex interrogare. Assentitur panor. c. cũ super de cõfessis dicens si crimẽ est notoriũ vel famosum

i. si præcessit infamia tenetur reus respondere alias secus. Concordat g'o. c. secundo de cõfessis libro sexto quę ait positioni criminose nõ esse respondendum quod verum est cum limitatione quam supra posuimus. Tertia propositio vbi tantum semiplena probatio præcessit, Ita quod nec infamia nec aliud indicium cum semiplena probatione concurrit non põt prælatus subditum astringere ad crimen suũ publice siue in iudicio publico confitendum quando certitudinaliter aut verisimiliter ex tali confessione sequeretur grauis defamatio vel aliud graue detrimentum pręsertim corporale. Probatur hęc propositio. Imprimis per illud commune dictum vox vnius vox nullius, quod nõ solum intelligendum est quo ad condemnationem sed etiam quoad ea ex quibus condemnatio directe sequi potest cuiusmodi ẽ publica spontaneaq; confessio, Igitur propter vocem vnius nõ tenetur reus crimen suum publice cũ tali discrimine cunfiteri deinde in criminalibus aliisq; negociis multum pręiudicialibus debẽt probationes esse luce clariores non solum quo ad ferendã condemnationis sententiã sed etiã quãtũ ad ea quę ad condemnationem directe tendunt sed vbi semiplena tantum ꝓbatio ad est nõ est ꝓbatio luce clarior vt aperte constat igitur non tenetur reus ob semiplenã probatione suũ crimẽ publice cõfiteri vbi detrimentum notabile inde sequeretur. Ad hęc nullus sane

poteſt aſtringi ad ſeipſum plene defamandum qui nõ meruit plenę defamari, ſed propter delictum quod tantum ſemiplenę probatũ eſt nõ meretur plene defamari, igitur propter delictum ſemiplenę probatum non poteſt aliquis aſtringi ad ſeipſum plene defamandum & tamen ad hoc aſtringeretur ſi teneretur publice ſuũ crimen cõfiteri, quoniam ex tali cõfeſſione ſpõtanea ſequeretur publica defamatio. Porro ſi teneretur criminoſus ſeipſum prodere. Idem eſſet quo ad condemnationem & deffamationem peccare coram vno tantum ſicut coram duobus aut tribus patet quia ita ſequeretur cõdemnatio atq; defamatio in vno ſicut in alio, quoniam ex ſemiplena probatione & publica ſpontaneaq; confeſſione ſequeretur ſẽtentia cõdemnatoria, quũ nulle ſint partes iudicis in confeſſione niſi ad condemnãdum. At conſequens falſum eſt, quoniam qui peccatum committit coram duobus aut tribus ex natura actus & modo peccandi ſeipſum defamat i exponit, quia cõmittẽdo corã multis ſiue publice crimen incurrit leſionem dignitatis, & ſic amittit vel certe periculoſe exponit perdẽdi famam quantum in ſe eſt, nõ ſic autem qui coram vno tantum peccat, deniq; non tenetur criminoſus arma contra ſe parare & ad ſuã perniciẽ cooperari grauibusq; ſe detrimẽtis atq; piculis exponere propter dictum vnius teſtis. Abſurdum enim eſt velle hominem ad

hęc aſtringere propter delictum coram vno quopiam admiſſum. Et tamen ſi teneretur crimen ſuum palam confiteri, ad detrimenta pręfata inuitus aſtringeretur quod rationi conſentaneum non videtur, hinc fit vt nō poſſit pręlatus aſtringere criminoſum ad peccatum corā ſe cōmiſſum de quo & teſtificari poteſt ſed nulla flagrat infamia reuelandum ſeu cōfitendū coram alio vel aliis qui teſtificari poſſent. Nā per illos cōuinci & conſequēter per iudicē dānari poſſet. Aſtipulatur noſtrę ſententię panormitanus qui pręfato capitulo, cū ſuper, de confeſſis dicit, ſi id quod queritur non eſt notorium vel famoſum, non tenetur reus reſpondere poſitioni ſeu interrogationi criminoſe ſiue procedatur per modum inquiſitionis ex mero officio ſiue per accuſationem aut actionem ad inſtantiam partis. Quū enim eſt ſemiplena probatio tantum crimen non eſt propterea notorium vel famoſum, igtur pro opinione præfati panormitani non tenetur reus crimen ſuum fateri quod verum puto cum limitatiōe quam poſui.

CAPITE. XXVII. diſſoluūtur obiectiones quę nitūtur probare criminoſū poſſe per eccleſiā impelli ad publice reuelādum crimę ſuū quod ſemiplene probatum eſt.


AETERVM contra præfatã propositionem multę fieri possunt obiectiones quæ diluende sunt ne aliter sentientes sibi rectius sentire videãtur. Imprimis criminosus qui crimen suum semiplene probatum ad pręceptum superioris confiteri detrectat mortaliter peccat, igitur ipsum confiteri tenetur. Probatur assumptum quicũq; facit cõtra debitum iusticię mortaliter peccat, & talis criminosus facit contra debitum iusticię/quippe qui nõ obedit superiori cũ obedire tenetur, igitur mortaliter peccat. Cõfirmatur quisquis nõ vult suo superiori confiteri veritatem quã ab eo secundum formã iuris exigit, letaliter offendit, sz ita facit huiusmodi criminosus. Siquidem potest superior in tribus casibus secundũ ordinem iuris a suo subdito exigere veritatem scilicet quũ pręcessit infamia super aliquo crimine, vel quũ expressa indicia apparuerint, vl' etiã quũ processit probatio semiplena vt ait sãctus thomas secunda secundę.q.69. Cui astipulantur & summiste nonnulli. Responsio. Negatur assumptum si intelligatur de semiplena probatione quam nec infamia nec alia indicia siue probationis adminicula iuuant sicut intelligitur in proposito. Tunc enim non tenetur reus crimen suum palam confiteri præsertim quando grauis defamatio vel aliud no-

tabilie p̄iudiciū verisimiliter sequeretur. Ad p̄bationem negatur maior si vniuersim intelligatur quoniam non omne debitum iusticię ligat sub pœna peccati mortalis. Negatur etiā minor quandoquidē in casu iusticia non exigit vt fiat publica criminis reuelatio, cum tanto discrimine sed ædiuerso ratio dictat vt non reueletur. Ad cōfirmationē cōceditur maior si intelligatur de superiore non solum secundum formam iuris, sed etiam secundum limites potestatis sibi competentis procedente. Si enim alterutrū desit non tenetur subditus respondere. In proposito autem non tenetur reus veritatem sui delicti palam confiteri, quia prælatus non habet in hoc potestatem. Nec probatio in qua tres casus adferuntur satis valida est quandoquidem tres illi casus qui ab ipso sācto thoma per modum exempli positi esse videntur, sane intelligendi sunt. Alioqui sunt refutandi, nec iniuria. Et enim primus casus vniuersaliter intellectus falsus est vt paulo post ostendetur. Secundus casus est obscurus nec ab iis qui thomam ipsum interpretati sunt explanatus. At ipsū excutientes querimus vel thomas ipse per indicia exprę̄ssa & apparentia intelligit indicia quę plenū indicium siue probationē plenā faciunt, vel intelligit prę̄sumptiones violentas & vrgentes quæ scilicet probationi plenæ equiualent, vel tertio intelligit

ſuſpitiones probabiles ſiue vehementes, de le uibus enim ſane intelligere nõ poteſt, Vel deniq; intelligit factũ quod notoriũ, ſeu euidens eſt, ſed author ignoratur. Si duobus primis intelligat nihil ad ꝓpoſitũ, quia non loquimur in p̄ſentiarum de ijs quę pleneprobari poſſũt. Si tertio modo intelligat nõ eſt veritati cõſentaneum ꝙ reus ſemper teneatur crimen ſuum confiteri quãdo talia indicia apparent, quoniã illa non faciunt niſi ſemiplenã ꝓbationem, & propterea de ip̄is idẽ ſentiendũ ſicut de ſemiplena probatione. Si quarto modo intelligat, non eſt admittendus, quoniã nõ tenetur reus omnino occultus propter euidentiam facti puta homicidii vel furti ſeip̄m prodere, vt in ſequentibus probabitur, Deniq; tertius caſus in quo de ſemiplena probatione agitur, & qui eſt ad propoſitum non eſt veritati conſentaneus ſi vniuerſaliter ſiue in omni caſu intelligatur, Nec audiendi ſunt ſummiſte conſactoreſq; librorum qui thomã ipſum quantum ad ſuperficiem littere ſectati ſunt nec eum decenter interpretati ſunt vt debuerunt, debet igitur thomas ip̄e intelligi eo modo quo in ſecunda propoſitione dictum eſt. Secunda obiectio. Si p̄latus p̄cipiat ſub pœna excõicatiõis latę ſententię reuelationẽ criminis occulti ꝙ tantum ſemiplene probatũ eſt teneť reus qui ſemicõuictus

est crimen ipsum fateri, Alias excõicationem incidet vt dicit siluester in summa. Respõsio, si prelatus p̃cipiat reuelatione publicã in casu huius ꝓpositiõis preceptum eius nullum est, si secretam, distinguendũ est vel vult astringere reum ad confitendum peccatum suum corã aliquo vel aliquibus vt per eos plena ꝓbatio fieri vel perfici possit, & hoc etiã modo preceptũ inane est, quia non potest sane prælatus cogere hominem ad seipsum defamãdũ qui infamatus non est. Non igitur timenda est sententia huiusmodi quoniam vbi preceptũ nõ ligat, cõminatio facta sub pœna excõicationis adiũcta nõ dat ei valorem. Sed de hoc superius ꝯtra siluestrum ipsum disceptatũ est qui semiplenã ꝓbationẽ multis in locis iungit cũ fama publica qđ nõ est faciendum. Si vero p̃latus p̃ciperet secretam cõfessionẽ criminis ad aliquẽ bonum finem, & nullũ inde periculũ p̃sertim graue timeatur debet reus ipse ad vitandũ excõmunicatiõis periculũ reuelare. Tertia obiectio. Cum fiunt inquisitiões seu visitatiões generales puta quum visitatur ecclesia seu ꝯuentus in capite & membris si quisquam deferat seu denũcietur esse criminosus põt ꝯtra eũ inquisitio fieri, & si crimen eius semiplene ꝓbatũ fuerit tenetur crimẽ suũ publice fateri si p inquisitorẽ seu visitatorẽ ei p̃cipiatur vt palã ipsum fateatur. Si eñi tunc negauerit vel cela

uerit mortaliter peccat. Responsio, Imprimis dici pōt inquisitionē specialem ad pœnā fieri non valere nisi præcessit infamia, vbi autem est semiplena ꝓbatio dumtaxat non flagrat infamia, igitur inquisitio tunc fieri non potest. Et hoc quidā videtur sonare. c. inquisitionis de ac cusationibus vbi dicitur in hunc modū. Inquisitio fieri debet solummodo super illis de quibus clamores aliqui præcesserunt. Attñ hoc intelligēdū est non vniuersaliter sed regulariter, qm̄ potest interdum fieri specialis inq̇sitio, nulla p̄cedente infamia puta cū in inquisitiōe gñali, q̄ fieri pōt nulla p̄cedente infamia, crimino sus aliquis denunciatur. Si enim ex inquisitiōe gñali non posset descendi ad inquisitionē specialē cōtra facinorosos frustra fieret plerumq; generalis inquisitio. Pōt igitur inquisitio specialis fieri quū alicuius crimē secrete denūciatur sed tunc secrete ac prudenter faciēda est ne lędatur eius fama qui diffamatus nō est Atuero si crimē de quo nulla est infamia non possit nisi semiplene ꝓbari nō est publice ꝓponēdū, qm̄ crimina publicę ꝓponēda nō sunt quę ꝓbari nequeunt pręsertim qñ de ipso nulla alia p̄cesserunt indicia, qui aliter facit grauiter offēdit, qm̄ subditū defamat sine causa. Itidē reus ipse non est in hoc casu palam interrogandus, nec ad iuramentum præstandū cogendus, Si visitator aliter facit potestate abutitur. Et ni-

hilominus ipse subditus qui certo nouit suũ cri
men plene probari non posse, non tenetur tali
temeritati obedire. Quod si ad iurandũ vel re
spondendũ vrgeatur. licite põt appellare libe
req; dicere talem ꝓcedendi modum planę ini
quũ esse. Sunt tñ nõnulli qui delicta tantum se
miplene ꝓbata ꝓponũt asserentes ipsos reos
debere sub pœna pcti mortalis talia crimina
publice ꝯfiteri, quod nõ solum falsum sed etiã
ridiculum est. Sunt & alij turpius delirantes q
crimia sibi priuatim delata quę aliqualr q̇d si
semiplene probari nequeũt, publicę ꝓponũt,
reosq; ipsos palam interrogant an ea cõmise/
rint, puta si aliquis a socio pcussus secrete dixe
rit se fuisse percussum, palam interrogant pcus
sorem an tale scęlus admisit, & si fuerit cõfes
sus, sine alio probamento virgis cedẽdo recõ/
siliant aliisq; pœnis afficiunt. Hij profecto gra
ue piaculum propter abusum potestatis adꝯ
mittunt, quandoquidem iniuria grauis quę fit
alteri sub vmbra iustitię non excusat sed potiꝰ
aggrauat. Sed quid, Si nõ liceat subdito palã
accusare vel denũciare grauia delicta quę pro
bari nõ possunt sed tantum semiplene probari
quomodo (pręcor) pręlato siue superiori lice/
bit? Nonne superiores debent ab iniuria pro/
ximorũ se cohibere sicut & inferiores? Nonne
& p̄ceptum iuris naturalis seruare quo dicitur
Nõ facias alijs quod tibi fieri nõ vis? grauiter

ergo hallucinãtur q publice crimina proponũt que probari nequeũt p̃sertim qñ nulla alia p̃ceſſerunt indicia. Sed queras, quid igitur facturi ſunt inquiſitores ſeu viſitatores quibus ſecrete denũciantur crimina q̃ nec famoſa ſunt nec plene probari queũt? Debent ſanę ijs qui denũciauerũt ſatiſfacere dicẽdo ſe probationẽ ſufficiẽtẽ nõ inueniſſe. Sed an hoc facto ꝙ debeat ꝓcedi vlterius? dicit panormitanus. c. inter de purga. cano. ſi per modum inquiſitiõis crimẽ non potuit probari, nõ eſt reus ſimpliciter abſoluendus, ſed ſi remanet infamia vel ſcandalum, vel vehemẽs ſuſpitio poteſt cõpelli ad ſe purgandum. At hęc opinio quo ad tertiũ membrũ falſa eſt vt ex ſequẽtibꝰ eluceſcet Poterit tñ reus moneri ſub ꝯditione ſcilicet ſi pctm̃ ab eo ꝯmiſſum eſt vt pœniteat, & ſi quẽ lęſit ſatiſfaciat vt decet. Sed de his iam ſatis. Quarta obiectio. Si quis aliũ publicæ accuſet vel denũciet & ꝓbationẽ ſemiplenã pro ſe ha beat, tenetur reus criminis palam crimen ip̃m fateri probatur primoqu ũ in cauſis etiam criminalibus ſit iuramẽtũ de calũnia p̃ſtandũ, ſi reus nõ ꝯfiteatur crimẽ ſibi obiectum piuriũ cõmittit. At nullo mõ licitũ eſt peccare, igitur crimẽ ſuũ cõ fiteri tenetur. Tũ ſecũdo quia iudex põt ab eo exigere iuramẽtũ de veritate dicẽda in ſupplemẽtũ ꝓbatiõis. Atq reꝰ ip̃e q tale iuramẽtũ p̃ſtitit nõ debet mẽtiri vl peierare

igitur & reus. Responsio. Quũ iudex procedit ad instantiã partis nõ tenetur reus respõdere nisi id de quo queritur sit famosũ.i.pcessit infamia & impediat ordinis executionẽ, seu beneficij retentionẽ post actã pœnitentiã, de quo nec veniat imponenda pœna tẽporalis, vt ait panor.c cũ super de cõfessis. Quũ autẽ habeẽ semiprobatio tantũ.i. quando nec pcessit infamia nec alia indicia cõcurrunt, tunc crimẽ nec notorium nec famosum est, igitur nõ tenetur reus publice crimẽ suũ cõfiteri presertim quãdo grauis pœna tẽporalis vel corporalis esset imponenda. Ad primã probationem negatur assumptum, quoniã in iuramento calumnię intelligitur q reus nõ dicet sciẽter falsitatẽ, nec celabit veritatem quã cõfiteri tenetur. In proposito autẽ non tenetur veritatẽ sui criminis palã confiteri. Ad secũdam probationem, dicitur primo q iudex nõ potest deferre iuramẽtum actori in supplementũ probationis cũ agitur de crimine etiam ciuiliter psertim si causa sit multũ piudicialis, vt tenet panor.c. iuramẽtum. de iureiurãdo. Imo locũ habet regula cõmunis actore nõ probãte reus absoluitur, Dicitur scdo q nec reo quoq; põt iudex iuramẽtum veritatis deferre siue exigere, cũ agitur de crimine, Tũ pimo quia ĩ criminalibus requirũtur probationes luce clariores. Tũ scdo quia hoc esset ipsum reum cõpellere ad se de-

famandum & quodãmodo condemnandũ. Tũ tertio, quia nõ est deferendũ siue exigendũ iuramentũ quãdo verisimiliter timetur de periurio. At verisimile est ꝙ reꝰ peieraret si post negationem criminis sibi obiecti cogeretur iuramentum p̄stare, vt.s. defamationem publicam & pœnã euaderet, Igitur nõ debet ab eo exigi iuramẽtum. Astipulatur glo.c. cum sunt de regulis iuris, lib. vj. q̃ dicit, cũ semiplene ꝓbauit actor, & talis est causa in qua nõ est deferẽdum iuramẽtũ, puta criminalis vel famosa vel ardua, absoluit̃ reus. Ad probationem glosa illa loquitur quando reus est infamatus, non autem loquitur quando est p̄sumptio siue infamia p̄cedente. Ad confirmationem, purgatio indicitur iudicis officio non ad instantiam partis, vt ait Panor. præfato capitulo cum super de confessis, Ideo ad instãtiam partis non debet reus compelli respondere. Ad probationem de capitulo inter sollicitudines allegato, in quo tria ponunt̃ quorum quodlibet sufficit ad purgationẽ indicendã.s. vulgata infamia, graue scandalum, & vehemens suspitio ex dictis testium oborta, vbi & Panor. dicit, vehemens suspitio solius iudicis sufficit ad indicendam purgationem. Responsio. Imprimis non est credendum in hac parte panormitani, quoniam ex dictis eius sequitur repugnãtia, nam in præfato capitulo insuper de confessis dicit

reum non teneri respondere nisi crimen sit notorium vel famosum siue ꝓcedatur per inquisitionem ex mero iudicis officio siue ad instātiam partis,& tamē secūdum cū teneť reus respondere qñ' est sola suspitio iudicis, etiā sine infamia,patet quia vehemēs suspitio solius iudicis sufficit ad indicendam purgationē,vt ait, igitur sufficit ad reū cōpellendum, vt respondeat quoniā purgatio canonica respōsionē includit. Est igiť in his aperta dissonantia, Deinde ad indicendam purgationē ob suspitionem vehementem opus est suspitionem esse tātam vt generet scandalum vel infamiam, vt patet in.c.tua.de cohabi.cle.& mul. Igiť sola suspitio iudicis quantumuis fuerit vehemens, non sufficit sine infamia vel scandalo ad indicēdam purgationem,. Nec valet dicere capľm illud tua esse intelligendū quando quis est suspectꝰ alij quā superiori,quia tunc nō sufficit suspitio ad indicendam purgationē,nisi sit tanta quod generaret scandalum,secus vero quando quis est apud iudicem vehementer suspectꝰ, hæc enim distinctio ab ipo Panormitano excogitata friuola est, quæ nec iuri nec rationi innititur. Non enim pro huiusmodi opinione facit præfatum capitulum inter sane intellectum. Porro si sola suspitio iudicis, siue quacumque infamia precedente vel concurrente aut scandalo graui sufficeret ad indicendam

purgationem daretur malis prælatis occasio se vindicandi & in subditos sibi nō gratos se⸗uiēdi. Dicerēt enim cum vellent subditos purgationem indicendo grauare vehementem suspicionem se habere. Insuper non est ratiōi cōsentaneum ꝙ aliquis non diffamatus teneatur propter solam suspicionē alicuius subire onus purgationis publice, quoniam per talem pur⸗gationem delictum eius quod non erat diuul⸗gatum, temere publicaretur, quod admittēdū non est, quandoquidem tenētur superiores famam suorum subditorum secundum regulam charitatis & legis naturalis seruare nec teme⸗re quicquam facere per quod fama eorum le⸗datꝰ vel notabiliter grauetur bona opinio quę de ipsis habebatur. Si aliter faciunt non pij pastores sed lupi rapaces existunt. Ad hęc nō est indicenda purgatio quando nulla subest causa necessitatis. Atuero quando sola suspicio est sine scādalo vel infamia apud vulgares aut graues, non est cur indicatur purgatio. Igitur indici non debet. Adde ꝙ non est indicenda quādo verisimiliter timetur de periculo salutis si indicatur. At verisimile est reum qui crimen sibi obiectum & tantum semiprobatum negauit esse peieraturum si cogatur ad se purgandum per iuramētum proprium, igitur purgatio tūc indici non debet. Deniq; nullo iure cauetur ꝙ ob suspicionem vehementem quando sola est,

hoc est nulla adminicula ei iuncta sunt purgationem esse publice indicendã. Nõ enim hoc cõficit capl'm p̃fatũ inter, si sane intelligatur. Ibi enim agitur de vulgata infamia quę scilicet apud vulgares siue populũ flagrat. Itẽ de graui scandalo cõtra aliquẽ exorto, & de suspitione vehemẽti nõ quacunq;, sed ex testium dictis suborta, hoc est quum multi testes honesti & graues de crudelitate criminis alicuius testimonium ferunt, qui licet nõ faciant plenã & clarã probationẽ, faciunt tamẽ semiplenam quę sufficit ad indicendã purgationem ꝓpter malã opinionẽ & infamiã quæ rationabiliter habetur de ip̃o reo contra quẽ testificati sunt. Intelligitur ergo de suspitione vehementi quã pręcedit vel comitatur infamia apud graues exorta. Sed dices, tunc tertium mẽbrũ in p̃fato capl'o positum coincideret cum primo. Negatur assumptũ quoniã in primo agitur de infamia vulgari siue populari, in tertio de suspitione & infamia orta apud personas graues & honestas. Sed dices iterum, eadẽ ratione quũ vnus testis integer adest, posset indici purgatio, quoniam per dictum eius grauatur opinio rei apud iudicem & assistentes, Responsio, nõ debent iudices ad dictum vnius hominis vehementem suspitionem habere, nec reum ita infamatum apud se reputare, vt putant purgatione opus esse, p̃sertim quando nulla p̃cessit

infamia nec scandalum nec aliud iudiciū concurrit. Leuitas enim esset si secus efficeretur. Quod si forsan grauis infamia resultaret quę sine purgatione non posset expiari, tunc nō esset pura semiprobatio de qua hic agimus. Ad tertiam probationem principalē. Negatur assumptū cum sua probatione quoniā quū accusator probationem semiplenā pro se habet nō punitur pœna calumnię vel falsitatis præsumpte, quaquidē puniretur si nihil probatiōis haberet. Quia si pœnam aliquā patiatur, nō accusato sed sibi ipsi imputet qui temere accusatione intētauit. Enimuero qui graue delictum sufficiēter ꝓbare nō potest, non debet palā denunciare vel accusare, qm̄ veniens ad iudiciū cōtra aliū debet venire paratus secumq; ꝓbationes habere, alias silere debet vt patet. 6. q. ca. si tantum &c. placuit. Ad quartā probationē facile est respondere, dicitur enim in illo capitulo, Si reus absq; rōnabili causa recuset positionibus aduersarii respondere debet haberi pro confesso. pōt igitur ex causa rationabili nō rn̄dere, inter causas aūt rationabiles quas ibi glo. nūerat, vna est quū fit positio super crimine ipsius rei tunc enim non tenetur respōdere quod tamē limitat panor. & bene nisi crimē ipsū esset notoriū vel famosū. Ad quintā ꝓbationem negatur assumptū nisi cū tali ꝓbamento concurrat aliquod iudicium. Sed dices vnꝰ te-

ftis facit iudicium fufficiés ad torturam. Refpō fio dictum illud cōe falfum eft fi vtiliter capiatur iā regulariter debet intelligi. & fane debet enim teftis integer effe, quoniā fi aliqua exceptione repelli poffet regulariter nō faceret fufficiens iudiciū, hinc eft quod ad dictum cōfitētis crimē propriū non debet regulariter alios fubiici torturę. itē exigitur vt teftis ipfe deponat fuper facto puta vidi hominē occidere talem. Si enim deponeret tantū fup indicio, puta vidi hominē tenere gladiū tunc faceret femiplenā ꝓbationē fuper indicio, nō autē fuper ipfo facto. Infuper exigitur vt cōcurrat aliqđ indiciū puta quod inueniatur aliquis occifus, vel fit fama in tali filua graffatores effe qui viatores pimūt, vł aliquid hmōi. Si enim teftis diceret ticiū occidiffe hominē & nō fpecificaret quinā occifus effet, nec de malefacto ipfo poffet vllo mō conftare, non puto iudicē debere torturā adhibere ꝑfertim qñ reus infamat⁹ nō eft. Et fi iudex eā decerneret, poffet ab eo appellari. Ad fextam ꝓbationē cōfequentia nullius eft momenti quoniā latum eft difcrimē inter reū & teftē. Siquidē reus fe prodēdo fe periculo exponit, feipm quę defamat nō fic autē teftis, eamobrem confequētia ipfa nullum habet momentum. Sed hactenus dixiffe fufficiat de ptāte ecclefię i partim occultis quo ad duo prima eorum genera,

¶ CAPITE. XXVIII. agitur de tertia specie partim occultorum quę scilicet per famam tantum cognita sunt, & plenę probari non possunt.



GAMVS igitur de tertio partim occultorum genere quę scilicet per famam tantum cognita sunt, & plene probari non possũt Et imprimis declaremus quid sit fama, deinde quid infamia sibi velit, Fama secũdum tritam diffinitionem est illesę maiestatis seu dignitatis status vita & moribus cõprobat⁹. At hęc diffinitio non satis est, quippe quę non conuenit omni famę sed tãtum bone, quę laus quedam ac celebritas est. Non autem cõplectitur malam famam. Eamobrem a panormitano fama hũc in modum diffinitur. Fama est communis locutio ex verisimilibus coniecturis consurgens. Et hęc quidẽ diffinitio datur de fama proprie dicta & bonam malamq; famã cõpræhendit. Latius tamen fama dicitur quicquid de aliquo diuulgatum est siue in bonum siue in malum, imo & de re inueterata firmataq; hominũ opinione quãuis incerta fama dicitur. Verum quantum ad iuris negociũ attinet, non tam late sumitur sed proprie ꝑ fama legitima, quoquidẽ mõ sumpta põt plane sic diffiniri. Fama est cõis opinio cõmuni lo

cutione expræſſa ex veriſimilibus cõiecturis conſurgens, Ad famam enim cũ locutione cõi concurrit communis opinio, qm̃ cõis locutio cõmunẽ opinionẽ ſiue credelitatem ſupponit. Ad famam quoq; ꝓprie exigitur locutio multorũ hoc eſt maioris partis ciuitatis ville viciniç ſeu congregationis. Dicta enim paucorum famã proprie non faciunt. licet per paucos fama probari poſſit, vnde & a rumore fama differt quod rumor dicatur quũ pars aliqua ville ſeu vicinie clamat, fama vero quũ tota vel maior pars ſaltem proborũ ſeu eorũ qui debẽt ſcire vel ad quos ſpectat veriſimiliter ſcire. Interdum tamẽ rumor & fama late ſumũtur, & alterũ pro altero ſumitur. Porro ad famã exigitur vt opinio communis ex veriſimilibus coniecturis ſiue ſuſpitionibns probabilibus cõſurgat. Alioqui nõ eſt ꝓprie fama ſaltem quo ad iuris effectum ſed vane populi voces quibus fides tribuẽda non eſt. Sed & ſi aliquid certum aut viſum a populo foret nõ proprie famoſũ, ſed manifeſtum aut notorium diceretur, debẽt igitur cõiecture ex quibus oritur fama nec leues nec violente, ſed probabiles ſeu veriſimiles eſſe, debet & fama ſi iudicem monere debet nõ a leuib⁹ vel ſuſpectis pſonis originẽ habere. Et quẽquã non ſit de ratione fame qđ a certo authore procedat, ſi tamẽ a leuib⁹ vel ſuſpectis ortũ habere ſciatur nihil operatur quo ad

iuris effectum vt dictum est, Infamia vero ꝓprie est lesę dignitatis qualitas vita & moribꝰ reprobata, infamis enim ille dicitur cuius statꝰ vita & moribus est reprobatus. Est autem infamia duplex in genere scilicet facti & iuris. Infamia facti est quę prouenit ex cõmuni hominum locutiõe ille enim infamis est infamia facti cuius apud bonos & graues opinio grauata est super aliquo crimine. Ipsa autẽ infamia facti nõnũquã cõtrahitur a crimine interdum incurritur a iusto carcere, aliquando a repulsione testimonij propter crimen facti & generatim quoties apud bonos grauesq; viros nõ paucos aliquis infamatur ex aliquo facto, dicta enim paucorũ nõ infamãt, nec locutio quoq; multorum leuiũ personarum infamat, mẽdo non sit apud graues opinio lesa hęc autem infamia repellit ã dignitatibus a susceptiõe ordinum, ab accusando, postulando testimonio ferendo in caussis criminalibꝰ & canonicã purgationẽ indicit si indici videbitur. Infamia aũt iuris qua scilicet quis dicitur infamis a iure duplex est in genere scilicet iuris ciuilis & canonici. infamia iuris ciuilis incurritur p sententiã diffinitiuã criminis publici & interdum priuati vt furti & iniuriarũ, ĩcurritur etiã qñ iure ipso cauetur ꝙd incurratur ipo facto. infamia vero iuris canonici incurritur in casibꝰ iuris ciuilis quia regulariter oẽs infames scđꝫ leges ciuiles etiã sũt infames scđꝫ canones, ĩcurrit̃ etiã

ab eis q̄ ꝓpter culpas suas nō possūt ad ordíes promoueri. Et gn̄aliter incurritur ꝑ quolibet peccato mortali, sed post pœnitētiam cessat in famia hmōi q̄ mere canonica est, de his autem apud iuristas plenius videre poteris si te famo sum infamię negociū delectat. Cęterū his p̄fatis declaremus per ꝓpositiones quid potestatis habeat ecclesia ī criminibus partim occultis quę per famā tantū cognita sunt quo ad cōfessionē, seu reuelationē eorū. Prima ꝓpositio Nō potest p̄latus p̄cepto iuramēto vel alias exigere cōfessionē criminis quod tantū scitur per famā, seu infamiā, qn̄ constat eā a vilibus aut inimicis ꝓcessisse. Talis enim fama seu infamia non est a p̄latis curāda, quū & turpe sit a turpibus vilibusq; laudari. Qui enim a talibus laudatur de grege eorū videtur esse, hinc xp̄s non curauit Phariseorum maledicta docens leuium & maleuolorū dicta curanda non esse. Adde quod ille proprie infamatus nō dicitur cuius opinio lesa est apud viles ac maleuolos. Eamobrem non debent prelati astringere subditos sic infamatos ad seipsos prodendos. Hoc enim & iniquum & insanum est. Et si hoc attentant, non est eis obediendum. Secunda propositio quando constat famam siue infamiā ex probabilib9 cōiecturis nō processisse, similiter quū causa rationabilis non reddit̄ vnde fama ortum habuerit, non possunt pręlati cōfessionē criminis a subditis sic infamatis

exigere. Talis enim infamia, proprie infamia nõ dicitur quo ad iuris effectum q̃n quidẽ nullum de iure effectũ habere põt, sed locũ habet dictum illud cõmune. Vanę voces populi nõ sunt audiende Ex hoc cõficitur si ꝓbat̃ fama ex simplici voce populi tantũ, nõ probata aliqua pręsumptione seu cõiectura probabili ex qua fama ipsa ortum habuit, vana populi vox est, quę audienda non est. c. osius de electionibus. Talis inq̃ fama sicut nullũ probatiõis gradum facit, ita nec prelatos incitare debet contra infamatum ad cõfessionem criminũ quę ꝑ huiusmodi infamiã tantum cognoscũtur exigẽdam. Tertia ꝓpositio q̃n fama siue infamia est legitima sic scilicet ꝙ ex probabilibus cõiecturis traxit originẽ, & redditur causa rationabilis ipsius famę, licet q̃nq; præstet in criminalibus potestatem ac materiã purgationem indicendi. Interdum materiam inquirendi, aliquãdo ab officio & beneficio suspendẽdi, tamẽ nõ tribuit auctoritatẽ vniuersaliter exigendi veritatẽ a subditis infamatis. Eãobrem sanctꝰ thomas dicẽs, iudicẽ posse exigere veritatem quũ pręcessit infamia super aliquo crimine, non est vniuersaliter intelligendus, Etẽm quum fama lęuis est & vana, sine probabilibus cõiecturis nõ innititur, non dat potestatem prælatis contra infamatum tali infamia vt dictum est. Sed & quum legitima fama est, non semper dat po

testatem exigendi veritatem criminis occulti vt sequentia declarabũt. Quarta ꝓpositio qñ agitur de crimine graui cui temporalis vel corporalis pœna non exigua imponeretur si plene probaretur. Non tenetur reus infamatus ꝓprium crimen publice confiteri siue agatur ꝑ modum inquisitiõis siue accusatiõis seu actionis, probatur hęc ꝓpositio, quoniam nulla ratio dictat vt quis se grauibus periculis ac præiudicijs exponat proprium crimen confitendo propter famã seu infamiã quę sepe fallax est. Item quum fama nullum probationis gradũ faciat in criminalibus etiam si ciuiliter agatur, non est cur propter famam debeat aliquis crimen suum prodere & malam de se opinionem sigillare. Sed dices, quando aliquis publice infamatus est, potest iudex ab eo exigere veritatem siue per modum inquisitionis siue accusationis contra ipsum agatur vt ait innocentius Responsio. Putat, fateor, innocentius reum interrogari posse & ipsum quoq; respondere debere quãdo publice infamatus est de illo quod queritur. At hęc opinio tam generaliter posita nobis vera non videtur. Sed dices Ipsius innocentij opinio ratiõi innititur, Si enim potest ipsi reo per iudicem indici purgatio, igitur potest interrogari vt per iuramentum proprium respondeat, quoniam maius est se purgare, quam per simplex verbum vel iuramentum

respondere iudici interrogāti. Responsio, huic obiectioni difficile esset respondere si generaliter in omni casu teneretur reus infamatus se purgare. Hoc autem non est ęquitati seu roni cōsentaneū. qñquidem non debet iudex purgationē indicere propter solam famam quum magnum præiudiciū ex ipsa sequeretur. Nulla enim ęquitas hoc suggerit ęquitate autem defficiente non est locus purgationis indictioni sicut nec interrogatiōi iudiciali. Iura igitur quę dicunt purgationem indici posse quando aliquis infamatus est, intelligenda sunt quando ratio siue ęquitas hoc flagitat. Quod si qspiam cōtendat præfatam rationem, quā pro se innocentius facit, bonam esse debet igitur ꝓ ipso innocentio respondere, quippe qui alicubi scilicet. c. dudum de elec. dicit ꝙ principalis persona non cogitur respondere si ad aliam pœnam quam spiritualem agitur. Debet & dicta ipsius innocentij concordare quę in huiusmodi negocio sibi dissonant. Siquidem alicubi dicit si ad aliam pœnam quam spiritualem agatur non cogitur persona principalis respōdere vt dictum est. Alio loco dicit reum debere respōdere in his quę impediunt ordinis executionem post peractam pœnitentiam quia in hoc procuratur eius vtilitas, Alibi sine distinctione dicit reum posse interrogari & respondere debere qñ publice infamatus est. Cū igi

tur tam vane in hac materia senserit innocentius ipse, non multum de eius opinione curandum est. Sed dices, saltem quando pceditur p modum inquisitionis ex mero iudicis officio tenetur infamatus respondere iudicis interrogationi siue de magno siue de paruo preiudicio agatur. Sic em̄ sentire videtur panor. in. c. cū super de cōfessis, placet em̄ ei opinio innocentij in pcessu inquisitiōis in quo multū exuberat iudicis officiū. Et ita limitans p̄fatā innocentij opinionē ponit conclusionē huiusmodi. Si pceditur per inquisitionē ex mero iudicis officio tenetur inquisitus respondere positioni criminose si id de quo queritur est notoriū vel famosum, alias secus. Responsio, Panormitanus respectum habuit ad id quod solet contingere videlicet quum proceditur perviam accusationis. Eapropter quum per inquisitionē pceditur debet regulariter infamatus de crimē veritatē respondere. qm̄ tunc regulariter non imminet pœna tēporalis vel corporalis saltē grauis & acerba. Que si probabiliter immineret ex tali cōfessiōe, nō diceret, opinor, panormitan⁹ reū tūc respōdere debere. Sed iterū dices qn̄ p̄latus subditū habet īfamatū siue publica laborātē infamia, debet purgationē indicere, debet & subditus se per iuramētum purgare, Si em̄ recusat purgatiōis iuramētū subire, debet suspēdi vel excōicari donec se purgauerit

Quinetiã ſi delictum eſt enorme & ſcãdalum imminet, poteſt ab initio ab officio ſuſpendi. Non enim par eſt vt ante factã purgationem miniſtret, ne populus inde ſcandalizetur. Igitur grauiter infamatus debet ſe purgare, pſertim qñ alias nõ poteſt infamia vel ſcandalum quieſcere. Q đ ſi ſe purgare tenet, potiori ratione debet interrogationi criminoſe reſpõdere veritatẽq; ſui delicti cõfiteri, Reſponſio debet, fateor, Iudex purgationẽ indicere veritatemq; exigere qñ ratio flagitat iuriſq; cẽſura ipm aſtringit, Quoniã licet purgatio canonica ſit arbitraria quo ad numerũ cõpurgatorũ non tñ ita arbitraria eſt quo ad ei⁹ indictionẽ. Debet igitur platus eã idicere qñ ius ſane itel lectum ipm aſtringit, debet & ſubdit⁹ tũc obedire. Alioqui merito ſuſpẽdetur vel excõicabitur. Atuero qñ nulla equitas ſuggerit ſed ediuerſo recta ratio dictat eã non eſſe indicendã, profecto nec indici nec ſuſcipi debet. Hoc aũt vſuvenit quãdo ex ea certitudinaliter vel probabiliter graue detrimentũ corporale vel temporale imminet, vel etiã quãdo veriſimile eſt ipſum reũ eſſe peieraturũ. Sed q̃ris, quid in eo caſu facturus eſt platus? Videtur enim ibi eſſe perplexitas. Si enim purgationem indicit, inique agit. Si non indicit, populum ſcandalizat, Reſponſio, debet ſatiſfacere populo dicendo ſe tunc purgationem indicere non poſſe. Et ſi

popellus non sit hmõi respõsione contentus, proponat si quisquã velit ipsum diffamatũ accusare, suo periculo accusationem intentet, & ipse iusticiã partibus ministrabit. Q đ si murmur vel scandalum hoc pacto quiescere non possit, suspendet ab officio defamatum ipsum quo ad per honestã conuersationem, vel alias infamia cessauerit aut scandalum sopitum fuerit. Sed adhuc dices, Si iudex per imperitiam vel malã affectionem, seu alias velit ab ipso infamato per torturã criminis veritatem extorquere, vel per cẽsuram ecclesiasticã ipsum impellere ad se purgandũ quid in tali casu facturus est subditus? Nunquid ei licitum erit mentiri veritatẽ negando. Responsio nõ debet mẽtiri, seu cõtra mentem vel conscientiam quicquã dicere, sed debet per appellationẽ subterfugere si possit. Si non possit, tunc poterit vti verbis simulatis siue duplicibꝰ ac sophisticis. Etenim quũ sit in iudicio nõ vero, sed vsurpato, nõ peccat dicendo aliquid quod ad sensum iudicis falsum existit, sed apud suum verũ est, eo enim casu iudici subditus non est, eãobrem non tenetur dicere veritatẽ ad eius intentionẽ. Si autem velit iudex torturam adhibere, licite poterit appellare, quoniam de iure sola fama non est sufficiens iudicium ad torturam vt ait Io. an. Si vero per censuram cogere voluerit ad crimen prodendum vel se purgandum,

non tenetur ipe infamatus obedire quãdo non est in eo casu subiectus, sed tandẽ obijcies nihil est causę cur infamatus non debeat veritatem sui delicti prodere quũ a superiore interrogatur, quoniã cũ iam lęsa sit eius fama, non debet crimẽ propter famę conseruationẽ celare, Respõsio, imo ĩ casu nõ tenetur seipm prodere, quoniã scelus proprium cõfitendo famã sigillaret, & seipm periculis ac detrimẽtis grauibus exponeret. Quinta propositio Quando proceditur per modum inquisitionis ex mero iudicis officio, tenetur subditus ad iussum sui superioris crimen super quo grauiter infamatus est prodere, quãdo ad pœnã tantũ spũalẽ presertim non grauem agitur, nec graue aliquod detrimentũ imminet. Probatur hec propositio quoniã ĩ hoc casu tenetur infamatus se purgare per iuramẽtum proprium & cõpurgatorum si ei purgatio indicatur, igitur a fortiori tenetur per iuramẽtum aut simplex verbũ veritatem fateri, probatur consequẽtia, igitur longe minus est respondere quã se purgare. Sexta propositio. Si procedatur ad instãtiam partis puta per accusationem vel actionẽ, tenetur infamatus respondere quãdo id de quo agitur famosum est hoc est infamia flagrat, & impedit ordinis executionem seu beneficii retentionem post actam pœnitentiam, & pœna grauis p̄sertim corporalis, aut temporalis non

venit imponenda, his enim cōcurrentibus re-spondere tenetur. Nō concurrentib9, minime tenetur respondere. Hęc propositio passim a canonistis admittitur. idcirco non est operose probanda. Sed dices quum aliquis alium accusat de crimine infamatum debet accusatus veritatem criminis in quouis casu fateri. alias iniuriam facit accusatori, qui propter defectum plenę probationis p̄sumetur calumniari, & vt calūniator punietur. Igitur nō est opus omnia quę dicta sunt simul conspirare debere. Confirmatur. potest ipsi accusato canonica purgatio indici, imo & iuramentum de veritate dicenda ab eo exigi. At ipse accusatus non debet mentiri vel peierare, igitur crimen suum confiteri tenetur cum accusatur esto illa quæ dicta sunt non concurrant, Responsio. Negatur assumptum cū sua probatione, sed ipse accusator temere agit, quippe qui debuit soluere si non habuit probationem sufficientem. Neque tamen in hoc casu statim presumetur calumniari, quoniam ratione infamię quæ contra ipsum accusatum flagrabat, ipsę accusator a pœna calumnię & falsitatis poterit excusari. Ad confirmationem negatur assumptum quoniam purgatio indicitur officio iudicis non ad instantiam partis, & iuramentum quoq; de veritate nō debet ab eo exigi quādo

periculum periurij probabiliter imminet, quod quidem contingit quando tria illa simul non conueniunt quę in prefata propositione sexta posita sunt. Septima propositio quum aliquis est de crimine aliquo grauiter infamatus de quo & iudex iuste inquirit vel interrogat, non tenetur propterea reus ipse de alijs criminibus dicere veritatem super quibus nullo modo infamatus est nec iudex licite potest inquirere vel confessionem seu reuelationem aliorum criminum quę occulta sunt exigere. Hęc propositio est contra petrum de palude & siluestrum qui eum sectatus est qui putent quum aliquis est defamatus de vno crimine inquisitionē posse fieri de alijs. Hoc enim falsum est, quoniā inquisitio specialis contra aliquem fieri non pōt de criminibus occultis de quibus scilicet nulla infamia nullaq; pręsumptio vehemens pręcessit vt satis probauimus contra prefatum de palude quum de proprie occultis ageremus. Et satis astipulatur. c. inquisitionis de accusa. Tātum igitur restat respondere cuidam ratiunculę que ipsos authores monet scilicet quia non propter occultationem peccati sed propter occultationem peccatoris prohibetur homo de occultis iudicare. Hoc enim fundamētum cui innituntur, falsum est, imo quia peccatum est occultum ideo exemptum est ab inquisitione iudicioq; fori exterioris. Adde quod ridiculū

esset velle inquirere de peccato occulto nullū habendo respectum ad authorem ipsius peccati quid enim hoc prodesset? Si igitur non licet inquirere de peccatore occulto, non etiam licet de occulto peccato. Octaua propositio; Quum aliquis est in genere de crimine infamatus sed non dicitur cum qua persona peccatū cōmisit, non tenetur ad pręceptum superioris prodere personam cum qua peccatum ipsum admissum est, quando persona illa nullo modo notata est, hoc est quum de ipsa nec infamia, nec suspicio vehemens habetur, hęc propositio probata est superius quum de proprie occultis agerē. Sed hic dices potest superior in hoc casu inquisitionem facere, potest & purgationem indicere, debet igitur sic infamatus personā cum qua peccauit exprimere. Responsio. Imprimis consequentia nullius est momēti fieri potest inquisitio quando causa rationabilis suadet & tamen occulta non sunt reuelanda. Deinde assumptū dubium est, dicunt enim quidē inquisitionē hmōi tanquā nimis incertā & generalem esse respuēdā quoniā quū impingūtur alicui crimina, debent oēs delicti circunstātię, exprimi, vt quo anno, quo mēse, cū qua persona crimen admissum est. z. q. 6 libet. Alij vero putant inquisitionē fieri posse sed ad terminos infamię faciendam esse, hoc est quū infamia est generalis fieri debet inquisitio gene-
B

ralis &iudici generalis purgatio. Sed facile dici potest quũ fit inquisitio ad pœnam imponẽdam debent circunstantiæ exprimi quum vero ad alium finem non est opus exprimere Attamen in nullo casu circunstantię exprimi debent quũ occulte sunt si per earum exprę∫sionem sequeretur peccatoris occulti defamatio. Nona propositio, quando propter crimen alienum aliquis infamatus est seu malam de se opinionem populus concepit. Postquam se sufficienter purgauit non tenetur authorẽ criminis prodere, quãdo author ipse nec infamatus nec vehemẽter suspectus est, probatur exẽplo beati bricii cui quũ populus imponeret crimen incontinencię dicens filium quẽ mulier quędam quę ipsius bricii vestimenta lauabat peperreat, ab ipso bricio genitum fuisse, se primũ purgauit adiurãdo. infãtulũ. 30. dierũ vt palã diceret si ab eo genitus esset. qui cũ respõdisset. Tu nõ es pater me9, voluit populus tũc vrgere vt ab ipõ infãtulo requireret q∫nã eius pater esset. At bricius ipse noluit dicẽs se fecisse qđ in se erat, hoc enim exemplo monstratur occulta aliorum pcã non esse ꝓdenda qñ au9thor ipõrum notatus non est. Sed hacten9 de partim occultis quę per famam tantum cognita sunt dixisse sufficiat.

CA. XXIX. excutiť de quarta specie p∫tim occltorũ quę vȝ manifesta sũt quo ad op9 siue factũ, sed quo ad auctorẽ penitus latent.


AM VERO ad quartam spe ciẽ partim occultorũ accedendũ est quę.s.manifesta sunt quo ad opus siue factum sed prorsus oc culta sunt quantum ad authorẽ operis puta quum aliquis occisus reperitur,vł domus combusta apparet,vel de furto palam constat,verũ is qui crimen commisit pœnitus latet,ita ꝙ nulla de ipso indicia habẽtur puta quia nec semiplena probatio,nec p̃sumptio ve hemẽs,nec fama.nec aliquid aliud hmõi de ip so authore habetur. Qua in re fertur olim fuis se opinio btĩ thome quã in quodẽ gñali capi tulo sui ordinis seu in collatione quadã parisij cum magistris habita tenuit.s.ꝙ reus criminis tenetur ad pręceptum pręlati se prodere,ver bi gratia pręlatꝰ pręcipit si quis nouerit autho rẽ talis furti habeat reuelare,is q furtum admi sit tenetur seipm̃ reuelare. Verum hęc opinio respuenda est & aduersa tenenda quippe quę sit consona iuri diuino & humano & rationi quoq; ac doctoiũ sententię astipuletur. Quod eñi imprimis iuri diuino sit consonũ ne occltꝰ author sceleris ,pdere se teneatur.satis insinua tur in facto cayn & sodomorũ contra quos p̃ cessit clamor antequam aduersus eos procede retur,contra cayn enim dicitur: vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et de sodo mis legitur clamor Sodomorum ascendit

viu bant opinionem eius refutarāt atq; reiece runt, Sed & hij qui thomiste vocantur, licet plu rimū (ne dicā nimiū) doctrine eius afficiātur, illam sui thome opinionē nō sectantur. ¶ Sed aduersus ea quę dicta sunt multe possunt fieri obiectiones quę diluende sunt. Prima obiectio Tenetur inferior ad iussum superioris propriū crimen confiteri, quādo peccatū ipsum publicum est, sed quum palam reperitur homo occi sus peccatū publicū est, igitur tenetur reus ipsum cōfiteri. Responsio. Imprimis ridiculū est dicere peccatū illud esse publicum nisi peccatum sumpseris p effectu peccati. Ipsum enim cadauer quod reperitur peccatum proprie nō est, sed occisio siue actio peccatoris quę latet, peccatum est. Deinde si peccatum esset publicum, ineptum esset noticiam eius quęrere p p ceptum. Non ergo peccatum dicitur publicū siue manifestum quando factum patet, & author facti latet, sed dicitur publicū quādo publicū est quis fecerit illud, hoc autem nō est in proposito, igitur minor vt falsa neganda ē cū ipsa consequentia. ¶ Secunda obiectio qui famosum libellum contra aliquem conscribit, & clanculum in loco publico ita ponit vt author ipse prorsus lateat, tenetur ad pręceptum superioris se prodere. Probatur authoritate gregorij qui occultum authorem libelli famosi ex communicauit nisi se reuelaret &c. vt habetur

excõmunicatus &c. Gregori⁹ autẽ(vt ait)nõ p̃cepit primũ sed secũdum. verũ hęc respõsio nec apta nec sufficiens est. Nõ enim gręgori⁹ p̃cepit disiunctiuã trimẽbrem vt aperte patet in littera. Non pręcepit inquã, vt ille foret excommunicatus. Hoc enim genus locutionis ineptum est, sed ipsum excõmunicauit, sub cõditione tamẽ, & bimẽbrem disiũctiuã sub pœna excõmunicationis p̃cepit scilicet quod exiret ad probandum quod in libello scripserat si posset, vel ad errorem suum publice confitendum si probare nõ posset, Itaq; pręcepit ipse gręgorius vt ille se proderet, alias excõmunicationẽ incideret. Quod enim hoc præceperit, patet, quoniã nullam partẽ disiunctiue implere potuit nisi se prodẽdo. Nõ enim potuit publice probare vel palã errorẽ suũ confiteri nisi se reuelãdo, opus igitur fuit vt se p̃deret si excõicationẽ euadere voluit, Inepte ergo dicit ille de vio excõicationem fuisse latam nõ super debito reuelandi, sed super commisso crimine. Nam ibidem gręgorius voluit si talis se reuelasset probando vel confitendo, non esset excommunicatus. Eamobrem præfata obiectio non est sufficienter per ip̃m thomam dissoluta. Dicunt igitur aliqui pręceptum de reuelatione publice facienda fieri potuisse in tali casu, quid peccatum illud requirebat publicam confessionem ad restituendam famam

hoc enim rõni aduersum est. Si etiã intelligas q͏̄ potest excõmunicare & excõicatione constri- ctum sic tenere q͏̄ nõ possit se ab ea excutere quicquid fecerit nisi se prodat, male sentis, qm̄ alia via potest satisfacere q̃ se prodendo. Si ve ro intelligis q͏̄ potest excõicare hoc est pręci pere vel monere sub pœna excõicationis ab- solute vel sub conditiõe, vt tale quid faciat pu ta resipiscat & detrimentum alteri illatum mõ apto resarciat, bene capis. & in hoc sensu po- tuit gregorius excõicare. Alijs vero modis mi nime. Tertia obiectio. Quum ad noticiã pręla- lati siue iudicis peruenit aliquod malefactum puta homicidium factum fuisse potest imo de bet inquirere quisnam hoc fecerit, potest & in quirendo sub pœna excõmunicationis p̄cipe- re vt quisquis nouerit authorem illius facti ha beat reuelare. Atuero si auctor talis facti non teneretur se pro dere, frustra fieret talis inqui- sitio, igitur debet se reuelare. Confirmatur, qa si aliquis alius cognosceret auctorẽ illius facti teneretur adiussum superioris ipsum reuelare igitur & auctor ip̄e se prodere tenetur Respõ sio, imprimis quũ homicidia, furta & alia id ge nus clanculum fiunt sed quo ad effectum noto ria sunt. Debent ij quorum interest postquam ad eorũ noticiã puenerint facere quod in se est ac diligenter inquirere de auctore malefacti si forte inueniri possit. Siquidem in veteri lege

ipſa oſtendant ſe curã reipublicę habere & ad ſcęlera punienda paratos eſſe, quę voluntate quidã puniunt quando facto punire nequeunt Ad confirmationẽ poteſt admitti quod aſſumitur, ſed negatur quod infertur, quoniã is qui nouit ſcęleris auctorem non ſe grauibus periculis exponit reuelando, quibus ſe exponeret criminoſus ſi ſeipſum publicę manifeſtaret. Quarta obiectio. Si crimen admiſſum puta homicidium alicui imponatur qui ipſum non fecit, ſaltem tunc tenetur reus criminis ſeipſum prodere. Alioqui grauem facit iniuriam innocenti qui pœnis propterea afficitur. Facit & iniuriam reipublicę, quia iuſtitiã impedit, ne ſcilicet crimen in ſuo auctore puniat & occaſionem quoq; dat' puniendi eum qui nõ meretur. Reſponſio. Non tenetur reus occultus ſe prodere qnando nec fama, nec ſuſpicio veriſimilis, nec aliud ſufficiens inditium de ipſo habetur. Negatur ergo aſſumptum. Ad primam ꝓbationem. Non facit ipſe reus cuiquam per ſe iniuriam, licet per accidens faciat. At nõ debet propterea ſeipſum ꝓdere, dolere tamẽ debet quod alius propter ſcęlus eius patiatur, debet & deum orare vt innocentẽ ipſum iuuet, debet & per ſe opem illi ferre quãtũ pro rõne põt ne ſuppliciũ vel detrimẽtũ vllum patiatur. Quod ſi pœna vlla afficiatur innocens ipſe, potius imputãdum eſt ei qui ſe nõ deffendit vt poſſet

propter iniquę agit ꝓcedendo. Si enĩ ſuſpitio vehemẽs vel aliud rationabile indiciũ haberetur, iã nõ eſſet de hoc gñe occultorũ. Quinta obiectio qñ in aliqua cõgregatiõe, domo vel cœtu hoĩm iuenitur aliquod malefactũ, puta in officina ĩ qua fit moneta inueniť aliqua moneta adulterina. Itẽ in loco quẽ certi hoĩes dũtaxat ingrediũtur, inuenitur furtũ vel ſacrilegiũ cõmiſſum & certũ eſt, vel certe vehemens eſt ſuſpitio tale factum admiſſum fuiſſe ab aliquo de illa cõgregatione, vel domo ſeu familia, & a nullo alio, tenetur reus quãtũuis occultus ſe prodere. Probatur quoniã poteſt ĩ caſu is qui cõgregationi p̃eſt ſingulos interrogare & ab eis iuramentũ exigere p̃ſertim quando graue periculũ incurreret, vel culpa ſibi eſſet ſi nõ faceret quod in ſe eſt inquirẽdo, interrogando, & iuramentũ exigẽdo, ergo ſi author delicti interrogetur & iuramentũ ab eo exigatur an tale delictũ cõmiſit, tenetur ſe prodere nã ſi negauerit, peierabit. Si vero nec iurare, nec reſpõdere quicquã voluerit, vehementer ſuſpectus habebitur, & mala de ipſo opinio cõcipietur p̃ſertim quũ ceteri de illa cõgregatione vel familia iurauerũt ſe tale delictũ non feciſſe. Reſpõſio. Si author delicti eſſet male notatus puta quia ĩ ſimili vel alio crimine aliqñ dep̃henſus vel vehemẽs ſuſpitio cõtra eũ eſſet tunc delictũ illud ad hoc genus occultorũ nõ

raret perperã ageret. At coacte iurãdo nõ male agit si cũ sana intẽtione iurat videlicet quod non cõmisit delictũ qđ publice cõfiteri teneatur. Hoc enim modo nõ euadit peccãdo, nec euadẽdo peccat. Imprimis nõ mẽtitur ad sensum suũ, quãuis ad sensum quẽ verba faciunt & in quo forsan a superiore capiũtur, dicẽdus esset mẽtiri. Et nihilomin⁹ si esset mẽdacium, illud tñ nõ esset mortale, quia si sup:or ipse sanam intentionẽ nõ habeat iuramentũ exigendo, nõ tenetur re⁹ respõsionẽ dare q̃ sit vera secundũ sensum eius q iuramentũ exigit, deinde nõ calũniatur, quia ille calũniari dicitur q celat veritatẽ quã tenetur dicere, quod nõ est in proposito. Itẽ nõ vtitur dolo saltem malo quia nõ vtitˀ cautela ad aliũ inique decipiẽdũ, deniq; cõmittit periuriũ, quia nõ iurat falsum ad suũ sensum, nec tenetˀ ad sensum superioris verũ iurare vt dictũ est. Sed dicis i casu p̄fato esto suspitio vehemens quodãmodo specialis cõtra ip̄m reũ.s.sub disiũctione, q⁹ ip̄e vel socij eius crimẽ cõmiserũt is tenetˀ veritatẽ fateri, Respõsio, si imineat graue p̄iudiciũ non tenetˀ se ꝓdere, sȝ satis ẽ secrete ac prudẽter ablatũ restituere. Si vero nõ iminẽat graue piculũ, debet se ꝓdere qñ aliter euadere nõ põt, quia nõ est oĩno occult⁹ cũ sit suspitio vehemes cõtra eũ quodãmodo specialiter nõ quidẽ absolute sed sub disiunctiõe, eãobrẽ hic cas⁹ nõ ꝓprie pertinet ad hoc quartũ gen⁹ parti occultorũ.

CAPITE. XXX. tractatur an ecclesia possit per pœnas canonicas peccata partim occulta punire in foro exteriori.



ANDEM. quo ad partim occulta discutiẽdum est de potestate punitiua quã scilicet habet ecclesia in ipsis partim occultis, sed imprimis rememorandũ est tres in genere modos esse penarum, quędam enĩ sunt spirituales. Alię corporales, tertię pecuniarie siue temporales de quibus in superioribus dictum est, quibus prelibatis pręsens negocium quibusdam propositionibus absoluere certum est. Prima propositio. Non pussunt pręlati iuris vestigia sectãtes pro criminibus partim occultis cuiuscunq; generis sint, pœnas infamie depositionis degradationis, priuationisq; bonorum, quę ab aliquib⁹ spirituales vocantur, imponere, probatur hęc ꝓpositio imprimis quo ad duo prima genera partim occultorum. Enimuero quando agitur de pręiudicio alicuius præsertim graui, non sufficit sed improbatio vel p̃sumptio. Non sufficit inquã testimonium vnius, sed duo saltem testes exiguntur vt sit sufficiens plenaq; probatio tam de iure diuino quam humano, dicitur enim in antiquo nouoq; testamento, In ore duorũ vel triũ stat omne verbũ, quod negatiue exponi

solet, videlicet non paucorum, hoc est ad vnius testimonium nullus debet condẽnari vel puniri p̃sertim vbi de graui p̃iudicio agitur. Item extra de testibus.c.licet vniuersis dicit̃ i hunc modum. Licet quędam sint causę quæ plures quã duos exigant testes, Nulla est tamẽ causa quę vnius testimonio quãuis legitimo terminetur, quod secũdum glosam verum est in alterius p̃iudicium. Confirmatur licet dictum vnius testis p̃sumptionem inducat, non tamẽ facit probationem quũ agitur de p̃iudicio alterius, Atuero quũ agitur de pœnis infamię depositionis & priuatiõis bonorũ agitur de graui prę iudicio, quoniam graue detrimẽtum est infamari, deponi, & bonis priuari vt notũ est, igitur non possunt prelati pœnas huiusmodi imponere quando tantũ est semiprobatio vel presumptio. Itidem probatur hæc propositio quo ad tertium modum horum occultorum, quoniam non possunt licite prelati pœnas de quibus agitur imponere nisi adsit sufficiens siue concludens probatio. Atuero fama nõ facit in criminalibus probationem, etiã si ciuiliter agatur, Non facit etiam in ciuilibus gradum probationis quum agitur de graui præiudicio alterius, vt ait Panor. de testi. c. veniens, &c. per inquisitionẽ de electionibus, vbi & quamdam reprobans opinionem quæ astruit infamiam facti priuare beneficiis iam habitis, di-

giosi talibus constitutionibus sua sponte obnoxios se fecerūt. Intendimus aūt prelatos non posse subditis inuitis poenas hmōi graues sane inferre. Sed dicis. Solent aliquando iuuenibus inuitis poene verberū ad vni9 testimoniū infligi. Responsio solent iuuenes facile sua delicta fateri. Idcirco post cōfessionem possunt cōsiderata qualitate delicti verberib9 affligi minus tñ quā cōuicti essent. Si vero nō velint sua delicta fateri, nō debent propter dictū vnius verberibus presertim duris siue acerbis affici. E⁊ nihilominus quod in iuuenibus fieri solet, non est in viris perfecte etatis p̄sertim qui nō sūt sua spōte astricti obseruādū vt scilicet ꝑ p̄ctis partim occultis verberibus aut aliis poenis corporalibus presertim duris afficiantur. Tertia propositio pōt ecclesia per cēsuras generaliter latas crimina ꝑtim occulta iam cōmissa cuiuscū⁊ q; sint generis ligare atq; punire. Per censuras aūt intelligim9 excōicationem suspēsionē & interdictū quibus addim9 irregularitatem. Probatur hec propositio quādo pōt ecclesia hoc mō ligare atq; punire delinquētes proprie occultos, igitur potiori ratione pōt criminosos partim occultos punire. Adde quod multi reꝑiūtur canones late sentētie qb9 ipso facto vel ipō iure ligātur ij q̄ crimina occulta cōmittunt Atuero iura illa locū habēt in ꝑtim occltis. Et enim stulte ridiculū esset dicere eū qui manus violentas inijcit in clericum coram aliquo qui

nis, eapropter non est opus ad eas ferendas aliqua alia sententia. Quinta propositio, possunt prelati quandoq; non tantū generalibus sed particularibus quoq; censuris vti pro delictis futuris subditorum compescendis quum rationabilis causa hoc suggerit. Et enim si ad testimonium vel denunciationem probi viri, vel propter indicia vehementer monentia subditus aliquis sit de continentia cum aliqua vehementer suspectus, potest & praelatus sub pena excommunicationis late sententię prohibere ne domum illius mulieris suspecte ingrediatur. Ille enim si temere fuerit ingraessus, ipso facto sententiam excommunicationis incurrit. Nec opus est alia monitione vel contumacia. Sexta propositio possunt praelati contra subditos infamatos cēsuris etiam spiritualibus vti secūdum qualitatem criminis & infamię. Etenim imprimis possunt subditum vehementer infamatum propter magnitudinem criminis vel scādali ab officio & beneficio etiā a principio suspendere donec se purgauerit vt patet capitulo inter, de purgatione canonica vbi tamen non est enormitas criminis vel scandali non debent praelati a beneficio infamatum suspendere antequam ei purgatio fuerit indicta & in ea defecerit, deinde possunt imo debent praelati contra subditum infamatum

inquisitionem facere & si veritas seu probatio sufficiens haberi nõ valeat, possunt ei purgationis onus imponere, si scandalum vel infamia perseueret, c. accedens de accu. quandiu enim scandalum durat, debet infamatus suspẽsus manere prẹsertim si per actus illicitos causam scãdalo seu infamie dedit. Insuper possunt ꝑlati suspendere vel excõmunicare subditos quando purgationem eis debite indictam contemnunt vel negligunt prẹstare, vel certe facere quod in se est ad seipsos purgãdos. donec se purgauerint. Sed dices, si non possunt compurgatores inuenire quia sunt extranei, pauperes, vel odiosi, nunquid talibus poenis affici debent prẹsertim si faciant quod in se est pro purgatione prẹstanda? Responsio, Non debẽt sic affligi sed ad se purgandos per iuramentũ proprium astringi possunt, Porro prẹlati queunt subditos in purgatione sibi decenter indicta & ab eis suscepta deficientes. punire secundum modum agendi qualitatemq; delicti, & interdum ac si essent conuicti procedere. Debet enim subditus in purgatione deficiens, quia scilicet compurgatores pro eo non deposuerunt, vt conuictus puniri capitulo, inter, de purga. cano. Enim uero si delictum super quo est infamatus & modus procedendi ante purgationem indictam exigebant depositionem, ille deponetur, si vero aliam poenam,

illa imponetur dūtaxat. sed protinus dices, Si p̄lati deponere possent, igitur possent pœnas depositionis & degradationis pro delictis partim occultis imponere, quod est cōtra primā propositionē, Probatur huiusmodi consecutio quoniam ij qui de grauissimis delictis sunt conuicti possunt pœnis depositionis priuationisq; bonorum interdum puniri, si igitur prælati possunt deficientes in purgatione vt conuictos punire, sequitur propositū, Responsio. Negatur consequentia, s. quod propter solam famā quis possit directe deponi seu beneficio priuari. Ad probationem esto possit interdum priuari qui in purgatione deficit quando delictum hoc exigit vt est symonia, & modus agendi ad hoc tendit, quando aliqua adminicula coadiuuent seu concurrunt, puta indictio susceptioq; purgationis & defectus i ea, tamē sola fama directe non sufficit ad priuationem, vt dictum est, deniq; p̄lati subditos infamatos possunt a promotione repellere ordinū ac beneficiorum quandoquidem debēt ij qui in sacris initiēdi sūt vel ad bñficia promouēdi sunt male famę nō esse. Infamia enim facti repellit a beneficiis obtinendis, vt habetur. c. Inter dilec. de excessibus p̄la. sed iam de vltimo genere partim occultorū fit ꝑpositio hmōi, Septima propositio, possunt prælati censuris vti contra delinquētem partim occultū, qñ factū

aius euidens siue notoriũ est vt p3.5. q.1. q̃dã & de officio or. si sacerdos. Hęc tñ nõ sunt ita intelligenda ꝙ pctõr occultus astringi possit ad seipsum publice manifestandũ sed ad satis faciẽdum de delicto commisso modo rationabili & apto queadmodum iam superius dictũ est. Sed hactenus de partim occultis.

CAPITE. XXXI. Incipit agi de quarto genere occultorum quę scilicet pœne siue improprie occulta vocantur & vt res melius capiatur quedam prelibantur.



AM VERO subijciamus de quarto genere occultorũ quę improprie siue pœne occulta nũcupamus. Et primum quidẽ repetamus ea quę prio capite de hmõi occultis dicta sunt v3 quid sit improprie siue pœne occultũ & quĩq̃ supaddamus. Inproprie occultum est quod plene siue sufficienter ꝓbabile est ꝓbatione iuridica quo ad opus & auctorẽ operis sed notoriũ seu euidens non est saltem quo ad vtrumq3. Diuiditur aũt imprimis inꝓbabile plenę clare & facile, & in ꝓbabile cum difficultate siue non clare, Diuiditur etiã huiusmodi occultum in bonũ ex se siue suo gñe vt est deũ orare, parentes honorare, In malũ ex se vt furari, adulterari, homicidiũ

facere, & in mediũ seu indifferẽs quod scilicet ex se nec bonũ nec malum est sed potest bene & male fieri. Bene quidã si fiat cum bona intẽtione & alijs circũstancijs ad bonitatem requisitis. Male vero si per malã intentionẽ vel cõtemptum aut contra superioris ꝓhibitionem efficiatur, de primo nõ licet perperã iudicare quo ad intentionẽ. scilicet malã in partem interpretando. De secũdo licet iudicare ꝙ malũ sit & a mala intentiõe vel saltem nõ bona effectum. De tertio nõ licet in malam partem interpretari quo ad intentionem eius qui opus ipsum facit aut fecit. Deinde declarandum est quid sit notorium, quum enim improprie occultum distinguatur contra notorium & in diffinitione quoq; pœne siue improprie occulti ponatur notorium, non potest plene capi quid sit improprie occultum nisi intelligatur quid notorium sibi velit, Notoriũ est quod in iudicio publico monifestum est, vel quod habet facti euidẽtiam siue quod insurgit ex operis euidentia quę nulla tergiuersatione cęlari potest. Solet autem communiter diuidi notorium in notorium iuris & facti, quod pręfata diffinitio satis innuit notorium iuris est quod oritur ex ijs quę aguntur in iudicio publico, & est triplex. quoddam enim est de quo quis per sufficientem probationem est conuictus, Aliud est de quo aliquis sponte in iudicio est confessus.

Aliud est de quo quis iudicialiter condẽnatus. Ex clara enim & indubitata probatiõe oritur notorium iuris, similiter ex confessione spontanea in iure facta. Item etiam ex diffinitione siue sententia iudicialiter effecta. Addunt nonnulli aliud notorium iuris quod ab alijs notorium pręsumptionis vocatur, & notorium iuris idcirco dicitur quia artificio iuris inducitur quod inquam oritur ex actibus extraiudicialibus quando ius aliquid vehementer pręsumit vt in filiatione probanda. Tale enim notoriũ est iuris euidentia vehementer pręsumpta vt ait panor. c. vestra de cohabi. cleri. & mulie. Notorium facti dicitur ab aliquib9 illud quod se exhibet siue offert occulis omnium, hoc est quod ita habet euidentiam vt rationabiliter negari non possit, Et aliquando quidam in se habet euidentiam quia scilicet palam in se videtur vel videri potest, Aliquando vero nõ in se videtur sed in alio quod ipsum arguit siue probat, vt fornicatio sacerdotis quę videtur in argumentis gradientibus super terram, hoc est in liberis quę sunt argumenta incontinẽtię paterne. Secundum alios autem notorium facti est illud cuius populus est testis, & non est locus inficiationi. A panor. vero. c. prędicto dicitur esse clara & famosa locutio ex euidẽtia rei surgens quę tergiuersatione aliqua cęlari non

poteſt. Sed hęc deſcriptio datur de notorio facti in ſuo effectu.i.hominum locutiõe. Alię vero de ipſo notorio in ſe, Ipſum autem notoriũ facti dupl'r diuidi p͡ot, Prío ex parte ipſíus facti. Altero modo ex parte eorum quib⁹ eſt notorium. Primo modo triplex eſt notorium facti, ſcilicet facti permanentis tranſeuntis & interpolati, Notorium facti permanentis eſt qđ habet actum permanentem & omnibus videre volentibus ſe offert, Notorium facti tranſeũtis & non redeuntis eſt quod notorie ſiue palã fit, ſed tranſit ſine regreſſu vt quum aliquis coram populo occiditur, Notorium facti interpolati eſt quod non fit continue, ſed per vices vt eſt crimen vſurarij qui ſemper paratus eſt ad pręſtandam vſuram ſed non per actum illum excercet, Notorium vero facti ex parte eorum quibus eſt notorium dicitur illud quod in aliqua ciuitate, parrochia, monaſterio vel alia congregatione in qua ſaltem ſunt decem perſone cognoſcitur ſiue ſcitur ab omnibus vel magna parte eorum qui ſunt in tali loco, Igitur in loco vbi non ſunt decem perſone, non poteſt notorium facti oriri. Vbi vero decem exiſtunt & ſupra, poteſt notorium facti locum habere. Qua in re putant nonnulli ad inducendum notorium facti notitiam totius populi vel maioris partis exigi.

Alii opinãtur scientiã decem hoĩm satis esse & requiri, hoc est quod saltẽ decem hoĩes sciant. Sed neutrũ videtur verum. Si enim primũ verũ esset nunquã in ciuitate seu populo in quo sunt multa hominũ milia posset notoriũ facti locũ habere. Opus enim esset scire quot ibi sũt homines. Item quot ipsum factũ norunt anteq̃ quã sciri posset an maior pars noticiã eius haberet. Nec secũdũ quoq; verũ videtur, quoniã vbi tantũ decẽ sunt hoĩes in aliquo cœtu nõ est opus singulos scire, sed sufficit maiorẽ partem illud nosse. Ergo vbi est valde grãdis hominũ multitudo nõ exigit̃ semper vt totus populꝰ, vel maior pars noticiã habeat, sed satis est q̃ aliqua bona pars puta: x. vel. xij. persone graues & honeste sciẽtiã habeãt, q̃m decẽ hoĩes plebẽ seu populũ faciunt, Vbi vero nõ magna est multitudo, puta sunt tantũ. xiii. vt in claustris cartusianis in quibus scd̃m primariã ordinis institutionẽ numerus monachorum tredecim est si deus eos miserit, & facultates domorum tolerare posse putabãtur, satis est q̃d maior pars q̃. s. alterã excedit, factũ ipsum sciat. In hoc t̃n videt̃ distinguendũ, quia vel agitur de graui p̃iudicio, vel nõ. Si primũ exigit̃ notabilis excessus. Si em̃ pars vna t̃m in vno excederet, nõ deberet equus iudex notoriũ cẽsere in graue p̃iudiciũ alterius. Itaq; vbi tantum sunt decem in aliqua cõgregatione, non satis

esset si sex dumtaxat scirent quum de preiudicio graui agitur. Alias sufficeret excessus ĩ vno Ex his patere potest quid sit occultum vt distinguitur cõtra ꝓprie notoriũ. Est enim illud de quo aliquis nec cõdẽnatus nec cõfessus nec cõuictus est in iudicio publico nec clarã opis habet euidentiam, nec decem graues persone norunt si magna est cõgregatio, nec maior ps parue cõgregationis ipsũ nouit, sed tñ aliqui sciunt per quos sufficiẽter probari potest. Porro supponendum est quid sit probabile, quid etiam ꝓbatio sibi velit. Probabile multipharriam accipi põt imprimis vulgariter siue generaliter pro eo quod euidens nõ est sed per rei ostentionem testes, scripturam, præsumptiões vel alias ostendi potest. Altero modo capitur philosophice & de propositionibus ac rationibus siue argumentationibus dicitur, sed discriminanter, Nã ratio dicitur ꝓbabilis q ex probabilibus, procedat ꝓpositio vero dicitur probabilis que non est euidens sed apparens omnibus pluribus vel sapientibus, probabilia eñ vt ait philosophus primo topicorũ sũt que videntur omnibus, pluribus, aut sapientibus, & his vel oĩbus vel pluribus vel maxime notis. Attamẽ si ꝓprie capiãtur probabilia tantũ illa sũt que apparẽt cũ formidine siue quibus assentitur cũ formidine de oppositis, & ex talibus qdẽ cõficit sillogismus proprie dyaleticus qui. s. ex se

dumtaxat est opinionis seu assensus formido-
losi generatiuus. Opinio enim habet formidi-
nem inseparabiliter annexã, vt continẽtia dif-
ficultatem. Tertio modo capitur probabile iu
ridice pro eo scilicet quod per testes instruun-
tur vel alios modos a iure inductos ostẽdi po
test, & hoc modo distinguitur contra notoriũ
proprie sumptum & impręsentiarũ magis est
ad propositum. Aduertendũ tamen est, ꝓbabi
le multiphariã dici posse. Imprimis aliquid di
citur probabile scđm quid quod.s. semiplene,
vel plusquã semiplene probari potest, sed tñ
plene ac sufficienter probari, quãtum est ex se
non pôt vt negocij qualitas exigit, & hoc mo
do ꝓbabile pertinet ad tertiũ genꝰ occultorũ,
scilicet ad partim occulta. Altero modo ꝓbabi
le dicitur ꝙ plene ac faciliter secundũ negocij
exigentiã ꝓbari potest, ita ꝙ ꝓbatio in prom
ptu fieri valet. Tertio aliquid dicitur ꝓbabile
quod cũ difficultate probari pôt. Quarto dicił
probabile quod ex se probabile est. i. quod scił
ab aliquibus ꝑ quos sufficiẽter probari posset,
tamẽ ex accidẽti nõ est probabile, quia. s. ij qui
sciunt nolũt vel nõ audẽt illud prodere. Porro
nõ est ignorãdũ latũ esse discrimẽ inter proba
bile & probatũ. Qđ eñ debite ac iuridice pro
batũ est trãsit in notoriũ. Atuero probabile q̃
diu probatũ nõ est, occultũ ĩproprie dicił, qm̃
notoriũ nõ existit, ꝙ quidẽ cõtingit vel ꝑ ne

gl [illegible]ntiã vel fauorẽ aut timorẽ eorũ ad quos pertin[illegible]t probationẽ facere, vel per metũ aut aliã affectionẽ eorũ qui nouerũt, sed prodere nolunt aut nõ audẽt. Itaq; probatio fieri non potest. Sed ad ꝓbationẽ accedam⁹, q̃ & trib⁹ modis accipi põt. s. vulgariter philosophice & iuridice. Probatio vulgaris plerũq; fit ꝑ osten sionẽ rei de qua agit, Philosophica fit ĩterdũ per authoritatẽ plerũq; per argumẽtũ vel ar gumẽtationẽ. Iuridica plerũq; per testes & in strumenta seu alia scripta, de cuius quidẽ diffi nitione altercãtur iuristę. Azo. enim dicit ꝓba tionẽ esse rei dubię per argumẽta ostẽsionẽ, Gof[illegible]ędus vero p̃fatã descriptionẽ carpens di cit eã tm̃ locũ habere in ijs q̃ ꝓbãtur per dis putationis instantiã. Ea propter diffinit ꝓba tionẽ in hũc modũ. Est rei dubię per testes vel instrumẽta & plerũq; per indicia & p̃sumptio nes ostẽsio. Sed hostieñ. dicit hãc gofrędi dif finitionẽ nõ esse sufficientẽ, cũ multis alijs mo dis ꝓbatis qui nõ cõtinẽtur in diffinitione go frędi. Ideo pro sententia eius probatio est rei dubię legitime facta declaratio. At panor. hãc improbat diffinitionẽ vt pote quæ nõ sit con uertibilis cũ diffinito. Sequeretur enim quod omnis declaratio rei dubiæ esset probatio, quod falsum est, cũ extra iudiciũ multis modis declaret res dubia. Idcirco probationẽ proprie sũptã diffinit hoc pacto, Est rei dubię ĩ iudicio

per legitimos modos facta declaratio. Verum hęc descriptio panormitani necmelior nec cla rior est prima ab azone data. Siquidem non est notius quinam sint legitimi modi, quam argumenta, Et si quis dicat illam primam dif finitionem non esse aptam sed impropriã quũ in ea sit opus capere improprie argumentũ, vt ait ipse panor. in rubrica de probationibus ꝙ & probari videtur p.c. forus extra de verb. sig. vbi dicitur argumentum nunquam testi= bus nunquam tabulis. i. instrumentis dat pro= bationem. sed sola inuestigatione inuenit veri= tatem. vnde dictum est argumentum argute inuentum, Et panor. quoq; ibidem ait, argu= mentum consistere in sola inuestigatione inte= lectus. Eapropter si diffinitio azonis debeat esse bona opus est in ea improprie verbum il lud argumenta desumere. Respõsio. Negatur assumptumcum dicto panormitani nec per ca pitulum forus ꝓbatur quod assumitur. sed dũ= taxat innuitur argumentum philosophice ca= ptum non fieri per testes vel instrumenta. Si= quidem philosophi, quum aliquid probare vo lunt, non testibus ait instrumẽtis, sed argumẽ tis vti solent. At ex hoc non sequitur verbum illud argumẽta in diffinitione azonis impro= prie sumendum esse. Qua in re aduertendum est argumentum ab arguo deductum esse, Ar guere autem proprie ostendere est vt astruũt

qui latinę sciunt,quāquā & pro accusare & re-
prehendere aliquādo sumitur. Itaq; argumen
tum pro omni illo per quod fit ostēsio proprie
capitur. A dyalecticis tamē argumentum re-
stricte capitur.s.vt est ratio rei dubie faciēs fi-
dem.i.antecedens quod assumitur ad proban-
dum consequens dubium, probādum inquam
vel demonstratiue vel topice. Non enim quod
uis argumentum probat demonstratiue cōclu
sionem,sed frequenter topice siue probabili-
ter. Nam & de argumento in locis dyalecticis
agitur in quibus probationes demōstratiue ni
hil loci habent,delirauit igitur lyranus qui in
actibus apostolorum capite primo, p̄fatā dya
lecticorum diffinitionē interp̄tans hunc in mo
dum ait. Argumētum vno modo est ratio rei
dubię faciens fidem.i. certitudinem quod esse
non potest, nisi procedat ex principijs per se
notis,sicut fit in scientijs demonstratiuis ,hæc
ille,sed male. Nō enim fides ibi capitur ꝓ cer
titudine euidēti qualis est certitudo demōstra
tionis vt opinatur Lyranus,sed pro assensu ve
rō siue sit euidēs siue non, siue sit certus, siue
formidolosus. Etenim argumētū topicū quod
proprie est argumētum non generat fidem.i.
noticiam firmam & certā,sed assensum formi-
dolosum qui opinio nūcupatur. Est igiť apud
dyalecticos argumentum proprie sumptū an-
tecedens vere probatiuum consequentis,quā-

quã apud eos frequenter pro tota argumenta=tiõe accipitur;sed nihil ad propositũ. Porro ab alijs argumẽtũ latius sumitur quã a dyalecti=cis, proprie tamen, pro signo aliquo sensibili quod inducitur ad probationem seu ostensio=nẽ alicuius veritatis quomodo capitur primo actuũ capitulo. Vbi xp̃s dicitur p̃buisse seip̃m viuũ post passionem suã in multis argumẽtis hoc est multis ostensionibus siue signis sensi=bilibus probasse seipsum ex mortuis surrexisse deniq; in materia iuris argumentũ proprie ca=pitur pro omni modo siue medio per quod iu=dice põt res aliqua probari. Et hoc pacto su=mitur in diffinitiõe azonis. Sunt enim verba ca=pienda secundum materiã subiectã. Est igitur eius diffinitio bona etiam in materia iuris. Sed de his hactenus.

CAPITE. XXXII. declaratur per p̃=positiones quid potestatis habeant superiores in pœne seu improprie occultis quo ad p̃cipiẽ=dũ, Specialiter vero quo ad exigendã reuela=tionẽ hm̃oi occultorũ in vtroq; foro.



IAM VERO declaremus sub quibusdam propositionibus quid p̃tãtis habeant ecclesię prelati in quarto genere occl'torũ. Et sit pri=ma p̃positio hm̃oi. Habet eccl'ia

potestatem quo ad meras cōstitutiones ac prę cepta in rebus im ꝓprie occultis .i. quę plenę ꝓ bari possunt. Nā statuta p̄ceptaq; ecclesię quibus aliquid fidelibus pręcipitur vel ꝓhibetur, obligant ad ea facienda quę p̄cipiūtur & vitā da quę prohibētur nō solū i manifestis sed etiā occultis quę probabilia sunt. Si enim ecclesię potestas p̄ceptiua se extendat (vt se extendit) ad ꝓprie & partim occulta, potiori ratione ad improprie occulta se protendit. Non est igitur vberiori opus probatione. Secūda propositio. Potest ecclesia astringere delinquentē ad peccata improprie occulta i foro interiori seu pœnitentiali detegenda, probatio est in promptu. Si enim ecclesia possit astringere peccatorem ad sua pc̄tā proprie occulta in foro cōscientię cōfitenda, eadem vel potiori rōne potest ligari ad pc̄tā improprie occulta in ipso foro detegenda. At uero primū potest, vt superius ostēsū est, igitur & secūdum. Tertia propō, pōt ecclesię prelatus subditū delinquētē improprie occultū astringere saltem indirecte ad seipsum in foro exteriori secreto prodendū, quādo crimē eius graue est & ei ānexa est ipso iure cēsura aliqua siue irregularitas. Enimuero si tātū possit ipse subditus aliquā ob causam a suo p̄lato dispēsationē vł absolutionē i foro exteriori obtinere, debet in eo seip̄m ꝓdere vt absolutionē siue dispēsationē sibi necessariā ꝯsequatꝰ quā

alias consequi non valet. Nō enim in hoc ca=su potest decēter suum officium exequi nisi dis pensetur vel absoluatur, adde quum peccatum eius sit probabile debet si securus esse cupit ab solutionem vel dispensationem petere ad vitā dam pœnam cōtentiosam, quęquidem per dis pensationem iudicialem, non autem per pœni tentialem tolli potest. Itidem in hoc casu po=test prędatus ipsum subditum a susceptione or dinum & executione eorum prohibere etiam ꝓhibitione contentiosa & pręcisa, nisi saltē re sipiscat & dispensationem petat. Igitur si velit sue saluti consulere debet se in foro exteriori prodere vt remediū sibi necessarium cōsequa tur. Sed dicet aliquis. delinquentes pœne occul ti qui crimina etiā grauia commiserūt vt sunt periuriū, adulterium, falsum testimoniū post actam pœnitentiā possunt in susceptis ordini=bus ministrare & ad superiores ascendere vt pa tet. c. quęsitum de tempo. ordi. Nō tenetur igi tur delinquens improprie occultus seipsum in foro exteriori secreto prodere. Non enim opꝰ est in foro exteriori manifestare quando suffi=cienter per forum pœnitentialem ꝓuideri pōt Responsio, duplicia sunt crimina siue delicta quātum ad ꝓpositum sufficit quędam ex sua natura vel potius iuris dispositione inducunt suspēsionē vel irregularitatem, & hęc sunt de quibus in iurę apparet ꝙ suspensionē vel irre=

gularitatem imprimunt, vt est homicidium. Altera vero ex se sine iuris dispositione nō inducunt suspēsionē vel irregularitatem, licet ex acicdenti possint inducere, puta quando notoria sunt & scandalosa vt periurium, adulteriū & cetera idgenus. Prima crimina etiam si sint pœnę occulta impediunt ipso iure susceptionē executionemq; ordinū etiā post actā pœnitentiā quousq; p superiorem fuerit dispensatū; In his enim criminibus nō tantū attenditur intrinseca grauitas sed pœna quoq; quę ipso iure annexa est. Altera crimina quādiu improprie occulta sunt sic quod necdū in notoriū trāsierūt post actam pœnitentiam, nec suscepti ordinis executionem, nec promotionem siue ascēsum impediūt. Atuero si criminosus ipse nondū pœnitentiā egerit nō debet quidem impediri vel prohiberi pręcise, quin ministret in susceptis; sed tantū moneri. At in suscipiendis poterit & moneri & impediri. Siquidē pręlatus agnoscens ipsum reū nondum penituisse, poterit nō solum ipsum monere sed etiam impedire atq; prohibere crimē obijciendo probationēq; offerendo, Caueat tñ ne pbationis onus suscipiat. nisi certus sit eā fieri posse. Quod si crimē esset improbabile, tunc delinquēs nō pœnitens posset moneri ne promoueret sed phiberi non posset & ita intelligēdū est capitulū illud quę situm paulo ante citatū. Quarta propō potest

prælatus astringere subditũ ad sua improprie occulta publice reuelãda quę peccata nõ sunt & superiorũ ptãti subsunt. Itẽ ad ea quę pctã sunt sed leuia existũt, quę scilicet nec authorẽ suũ defamant, nec graui detrimẽto exponũt. Si eñ his casib9 possit p̄latus in partim occultis astringere, vt superius probatum est, eadem vel potiori ratione potest in pœne occultis, quandoquidem plus auctoritatis habent prælati in pœne occultis quã in partim occultis. Quinta ꝓpõ, qñ crimẽ improprie occultũ est famosum, potest prelatus ex mero officio p inquisitionẽ procedẽs astringere subditũ ad suũ delictum publicę cõfitendũ. Hęc ꝓpõ colligitur ex innocentio & panormitano in.c. cũ sup de cõfessis quę & ꝓbari facile põt, Enimuero si possit p̄latus, vt põt, in hoc casu purgationem indicere, igitur & p̄cepto & iuramẽto potest veritatẽ siue respõsionem exigere, quũ se purgare sit grauius quã respondere. Si igiẗ primũ potest p̄latus, secũdũ etiã põt. Sexta ꝓpositio. Si crimen improprie occultũ sit famosum & ordinis executionẽ & beneficij retentionẽ impediat, tunc põt p̄latus astringere subditũ ad ipsum publicę cõfitendũ etiã si agatur ad instãtiã ptis p accusationẽ denũciationẽ vel actionẽ, p̄sertim si grauis pœna corporalis vel tpalis non veniat imponẽda hęc ꝓpõ siľr ex p̄fato panormitano colligiẗ, & ꝓbari sic põt,

quoniã his cõcurrẽtibus procurat ipsius delin quentis spiritualis vtilitas. Itẽ nõ est quicquã quod eũ a non respondendo immunẽ faciat, iti dẽ iudicẽ & partem offendit si pcepto vl' iura mẽto astrictus siue interrogatus respõdere in hoc casu nolit. Item si iurare vel respõdere nõ velit, procedetur nihilominus contra eũ vt ne gocii qualitas exigit, ac si confessus esset. nihil igitur proficit respõdere nolendo. Igitur in ijs quę famosa sunt & plene probari possunt, iu dex siue platus authoritatẽ habet interrogãdi quãdo nullũ graue detrimentũ sequitur ex res ponsione & per consequẽs sine pctõ non põt in eo casu subditus interrogatus nihil mutire. Sed dicis, nullus tenetur arma cõtra se parare Atuero reus arma contra se pararet si respon deret igitur respondere nõ tenetur. Respõsio esto forsitam in foro cõtẽtioso nullus teneatur arma contra se pare, nec intẽtionẽ seu actionẽ ptis aduersę fundare veritatẽ publice cõfitẽdo tamẽ in foro conscıẽtię tenetur in casu reus cri mẽ suũ quod scit probari posse ad iussũ supio ris debite procedẽtis palã fateri, quando picu lũ graue nõ imminet, sed iterũ dicis, nullus te netur se cõdẽnare Atuero qui publice crimen suũ cõfitetur, seipm cõdẽnat, igitur rñdere nõ tenetur. Respõsio, ex respõsione etiã iudiciali sola nõ sane põt imediate ferri sententia cõdẽ nationis in criminalibus, sed opus est vlterius iuridice procedere, nec est verum qđ confessus

habeatur pro cōdemnato in criminalibus. Cū ergo passim dicitur, cōfessus habetur pro condemnato falsum est si proprie capiatur quia nullus seipsum cōdemnare potest. Adde q̄ ferenda est sententia antequam proprie aliquis dicatur cōdemnatus. Sed rursus dicis. Nullus tenetur seipsum diffamare sed talis se defamat crimen suum publicę confitendo. Nā infamis efficitur ex tali confessione perinde ac si sententia ꝯtra eum lata foret, Responsio. Non efficitur infamis propter huiusmodi confessionem quoniam iura non irrogant infamiā ex sola cōfessione criminis sed ex condemnatione, cōfessus autem non habetur pro condemnato in criminalibus vt dictum est. Eamobrem cōfessio nō infamat in casibus quibus sententia infamaret. Sed adhuc dices. Nullus tenetur peccatum suum occultum facere notorium, sed publicę cōfitendo pctm̄ ipsum facit notorium q̄ antea occultum erat, igitur ipsum publicę prodere non debet. Responsio. Non debet prodere crimen suum nisi a superiore vrgeatur. Si vero iurisdice interrogetur, respondere debet, Verum in tali casu seipsum ꝓprie non prodit, sed ab alio proditur dum ei necessitas respondendi imponitur per eum cui obedire tenetur. Itaq; non ipse proprie sed iudex peccatū ipm̄ facit notorium. Septima propositio quę ponitur probabiliter, quando crimē improprie oc-

cultum non est famosum non potest prælatus qui necdum nouit crimen sui subditi plenę ꝓbari posse, ipsum subditum astringere ad suum crimen publicę confitendum, prę́sertim qñ ex confessione grauis pœna esset imponēda, probatur hęc propositio, quia nullus tenetur ad suam ipsius perniciem siue personale præiudicium præsertim graue directe cooperari. At qui reus cooperaretur ad suum graue detrimētum si publicę crimen suum in tali casu proderet, Adde ꝙ crudele & inhumanū videtur vel lē quempiam astringere ad se defamādum & personalibꝰ pręiudicijs pręsertim grauibus exponēdum, Insuper crimen subditi in hoc casu non est probabile quantum ad ipsum pręlatū attinet, sed est ei dubium atq; incertum, Igitur non sanę potest subditum ipsum astringere ad crimen suum publice manifestandum. Non enim prima frōte credere debet accusatori vel denunciatori dicenti peccatum ipsum plene ꝓbari posse. Eamobrē in hoc casu nō licet ei pręcepto vel iuramento constringere reum criminis ad seipsum palam reuelandum. Sed aduersus hanc propositionē obijci potest, Imprimis oīa sunt ī gloriā dei faciēda vt ptȝ prime ad corynthcos decimo, sed ad gloriā dei pertinet ꝙ reus pctm̄ suū p̄sertim ꝙ probabile ē publicę cōfiteaẗ, Iuxta illud qđ Iosue dixit ad acham fili mi da gloriam dn̄o deo israel & confitere

&indica mihi quid feceris ne abscondas. Iosue 7. igitur reus improprie occultus debet pctm̄ suum pręsertim ad iussum supioris publicę cō fiteri. Responsio ad gloriam dei ptinet ꝙ reus pctm̄ suū confiteatur etiā publicę qn̄ tenetur, qn̄ vero non obligatur, tunc non ad gloriā dei sed ad ignorātiā vel imprudentiam attinet peccatum proprium palā fateri sicut est in ꝑposito, Secūda obiectio, subditus quisq; peccat etiā mortaliter qui superiori suo denegat quod debet. Atqui subditus debet cōfessionē veritatis suo superiori eam interroganti siue exquirenti, igitur debet subditus veritatem criminis improprie occulti pandere ad iussum sui supioris Respōsio, Nō est vniuersaliter verum ꝙ denegans superiori ꝙ debet, letaliter peccet, interdū em̄ debet debito moralis hōestatis tm̄, iterdum debito obligationis ligātis solū ad pœnā, vel culpam venialem dūtaxat. Intelligēda est igitur maior de debito necessitatis siue obligationis necessitatē inducentis Sed in hoc sensu negatur minor si vniuersim capiatur, Interdū enim superior exquirit veritatem quam subditus ei pandere nō debet, sicut est in ꝑposito. Minor igitur intelligenda est qn̄ superior iuridice procedit hoc est non excedit limites suę potestatis & procedit secundum famā iuris, At hoc non est in p̄senti negocio. Tertia obiectio. Si per iudicem uel partem deferatur iuramen

tum reo criminis improprie occulti tunc tenetur ipse reus veritatem sui criminis palam fateri. Si enim negauerit, peierabit, Si nihil dixerit, pro confesso habebitur, & vt confessus condẽnabitur, qm̃ secũdũ regulam iuris qui tacet consentire videtur. Responsio. Latum est discrimen, si crimẽ iam fuerit sufficienter probatũ vel adhuc probabile existat. Nã quũ facta est clara & plena probatio. superfluum est exigere iuramentum, Cum vero necdum facta est probatio sufficiens sed fieri potest, non debet a reo exigi iuramentum de veritate criminis dicendã, imo nec iuramentum purgatiõis publice exigi põt si reus ipse nõ sit infamatus. Igit iuramẽtum necessariũ quod scilicet a iudice defertur, non est in criminalibus & famosis deferendum. Itidẽ si iuramentum ab actore deferatur, non tenetur ipse reus suscipere vel referre, sed in casu huius propositiõis recusare potest siue ciuiliter siue criminaliter agatur. Ad probationem. Regula illa sane intelligenda est, scilicet de eo qui tacet quando loqui tenetur, & specialius agendo intelligenda est in actibus qui non possunt explicari sine consensu tacentis, tunc enim si tacet, habetur pro consentente vel intelligitur ipsa regula quando agitur de commodo & honore tacentis tunc enim tacens pro consentiente reputatur non autem quando de suo incommodo vel onere agitur

prȩſertim graui. Im̃pſentiarũ autẽ agitur de graui incõmodo ipſius rei. Idcirco taciturnitas eius nõ habetur pro conſenſu. Sed dices, Põt iudex ex officio partes interrogare quandocũq; ſibi videbitur ꝑ eruẽda veritate. igitur ſubditus interrogatus debet veritatẽ reſpondere, Alias non obedit ſuperiori rite ꝓcedenti, Reſponſio, poteſt iudex quũ de magno p̃iudicio perſonali non agitur, interrogare, imo & iuramentum de veritate dicẽda exigere, ſed cũ de criminibus agitur, nõ poteſt p̃ſertim quũ grauis pœna corporalis vel tẽporalis eſſet imponenda ſi reus crimẽ publice fateretur, Quarta obiectio. Nulli licet ſe male & calũnioſe defendere, ſed reus pœne occultus per ſuperiorẽ interrogatus & p̃cepto aſtrictus vt veritatem dicat, male & calũnioſe ſe defendit ſi non dicat veritatem quã ſuperior ipſe exquirit, igitur facit quod ei licitũ nõ eſt, Reſponſio. Eſto nõ liceat falſitatẽ ſcienter dicẽdo, aut veritatẽ neceſſariam. i. qui dici debet negãdo, vel dolum malum, ſeu fraudem adhibendo, ſe in iudicio defendere ſiue ſubterfugere, Licitũ tamen eſt reo qui accuſatur vel publice denũciatur ſe defendere veritatẽ quã confiteri non tenetur occultando ſiue nõ reſpondendo. Licet inquam per modos aptos & conuenientes euadere. Hoc enim nõ eſt calumnioſe ſe defendere, ſed prudẽter agere, Sed dices, ſi iudex per imperi

tiam vel maliciam vrgeat reum ipſum iuramē tum ſuſcipere ſiue ad iuramentum reſponde- re, tunc reus ipē non poteſt euadere quin veri tatem dicat, Reſponſio. In hoc caſu licite po- teſt ipē reus appellare, & ſi per viam appella tionis euadere non poteſt, puta quia ſupmus eſt iudex a quo nō poteſt appellari, tunc reus ipē poteſt ali quid dicere quod ad ſenſum ſuū verum eſt, ſed ad ſenſum iudicis falſum. Quū enim ſit in iudicio vſurpato, non tenetur veri- tatem ad ſenſum iudicis reſpōdere. Quinta ob iectio. Reus criminis improprie occulti ſciens crimen ſuum probari poſſe, ſi per ſuperiorem ſuum vrgeatur vt veritatem dicat, fateri ipām debet etiam ſi crimen non ſit famoſum. Alio- quin perperā agit, quippe qui vexat iudicem & partem ſine cauſa. Item nihil proficit celā- do veritatem, quoniam ipā vel tandem imm̄i netur atq; probabitur. Inſuper reus ipē ſe ma- iori confuſioni & periculo exponit veritatem ſponte non reuelando, quoniam acrius agitur cum eo qui conuictus eſt quam cum eo q ſpon te delictum ſuum confitetur, Reſponſio. Eſto per accidens occaſionē vexatiōis tribuat reus Nullam tamē iniquāvexationem per ſe infert nec per ſe intēdit quēpiam iniuſte vexare, ſed potius eius intentio eſt famā conſeruare pœ- naſq; graues euitare quę imminent ſi ſuū cri- men publice fateatur. Sed protinus dices, qui

coram duobus vel tribus(qui legitime testificari possunt)crimen committit,ille seipsum defamat ex natura actus, & quãtum in se est famam amittit,mereturq; puniri scd̃m qualitatem delicti,igitur pro conseruanda fama qua indignus est, & vitandis pœnis quas iuste meruit,nõ potest licite veritatem reticere,Respõsio,quãquam reus grauis criminis meretur famã priuari iustisq; pœnis affici,nõ tenetur tamen directe cooperari ad executionẽ, hoc est ad publicam sue famę lęsionem,grauiũq; pœnarum inflictionem,sed satis est talia detrimẽta paciẽter ferre si inferantur queadmodum is qui homicidiũ cõmisit licet morte dignus sit, mortemq; ip̃am pacienter tolerare debeat si ea iuridicę afficiatur,nõ debet tamen mortem sibi ip̃i consciscere,nec tenetur directe cooperari,vt supplicium huiusmodi sibi infligatur. Q d̃ autem obiicitur, nihil proficit reus celando veritatem,Respondetur,imo proficit famã seruando quę ex cõfessione notorię lęderetur & vita interdum breuiaretur,cuius prolongatio forte oportuna esset pro facienda pœnitentia,deniq; vt alię obiectioni respondeatur,certum non est ip̃m reum se maiori periculo exponere tacendo, quã fatendo, quoniã fortasse non poterit fieri sufficiens probatio, quum sępe sit difficile probationem ita claram & plenam ĩ criminibus fieri,vt negocii qualitas fla

gitat. Sed & si facta sit probatio, nõ potest tamẽ ipẽ reus iuste puniri plus quã criminis quãtitas qualitasq; requirit, etiã si modus procedendi exigat ipm delictũ puniri scdm naturã eius, qñquidem debet scdm telã siue formam iudicii sententia ferri, pœnaq; imponi, quapropter nõ videtur reus ipẽ periculo maiori saltẽ culpabili seipm exponere. Et tñ si se maiori pœne exponeret, nõ propterea cõficitur eum debere in casu crimen suũ prodere. Sexta obiectio. Põt superior in publico proponere crimẽ sui subditi, qñ nouit crimen ipm plene ac sufficienter probari posse, potest & subditũ interrogare an ipm crimen commisit, & ad veritatem dicendam præcepto, iuramento, imo et tortura astringere, igitur tenetur subditus obedire, veritatemq; fateri. Probatur consequẽtia quoniam subditus a suo superiore ĩterrogatus tenetur obedire quando superior iuridice procedit, sicut ẽ ĩ proposito. igitur. &c. Respõsio. Non debet prælatus leuis esse ad subditorum crimina publice proponẽda, nec debet ad hęc moueri propter delationem vnius dicentis crimen ipsum probabile esse. Potest enim contingere vt illę mentiatur, vel errore deceptus dicat esse probabile quod probari non potest, puta quia putat testes esse legitimos siue idoneos qui tales non sunt, Igitur non debet tunc publice proponere sed dicere potest subditorũ

accuſet ſiue proſequatur ſi ſua inter ſit,& probare ſufficiēter poſſe cōfidat. Quod ſi prælatꝰ p teſtes idoneos ſui ſubditi crimē ſecrete nouerit,non protinus debet crimē ipſum ſuper quo ſubditus nō eſt infamatus palam proponere p̄ſertim ſi nullus ſit accuſator qui hoc exigat.ſ3 debet ſubditum ſemotis arbitris īterrogare an crimen ipſum admiſit. Quod ſi confiteatur ſeq; pœnitere dicat & bona ſpes emendationis appareat,non debet prælatus publice ſubditū confundere.ſed de abſolutione ſiue diſpenſatione prouidere ſi opus ſit & iis qui peccatum norunt præcipere ne ipſum reū publicare audeant,debet enim bonus prælatus conſeruare ſui ſubditi famam quantum pro ratione pōt, & ei facere ſicut ſibi fieri vellet Atuero ſi ſit durus & impœnitens appareat etiam poſtquā teſtibus eſt ſecrete conuictus,tunc ſane prælatus certo ſciens crimen ipſum poſſe palam probari poteſt ipſum publice proponere præſertim ſi denunciator vel accuſator vrgeat,tenetur & reus tunc crimen ſuum ad interrogationem ſuperioris publice confiteri,ſed hic caſus nō eſt huius ꝓpoſitiōis,ſed aliꝰ caſus eſt q̄nquidē in caſu huiꝰ ꝓpōnis crimen ſubditi nec cōpertum nec probatum eſt,quantum ad ipſum p̄latum attinet. Sed octaua ſubiiciatur propoſitio,quando ſubditus ex confeſſione ſui delicti pœnæ occulti credit nec infamiam nec aliud

graue p̄iudicium personale verisimiliter esse consecuturum, potest p̄latus subditum ipsum astringere ad suum delictum publice reuelandum, presertim quando p̄latus ip̄e certo nouit delictum subditi probari posse Enimuero cessat in hoc casu quęuis causa non reuelandi, igitur tenetur subditus ad iussum superioris delictum suum pœne occultum prodere. Sed quo modo (inquies) potest subditus cognoscere nullum graue p̄iudicium sibi imminere ex cōfessione publica sui delicti? Nempe ex natura siue qualitate delicti. Item ex modo procedendi, & ex qualitate quoq; p̄lati, siue eius qui de negocio se intromittit. Nona ꝓpositio potest prælatus subditum suum qui peccatū alterius subditi nouit & ꝓbari posse credit, ip̄m astringere ad peccatum alterius publice reuelandū. Probatur hęc propositio. Si enim p̄latus merum p̄ceptum faciat suo subdito vt peccatum alienum improprie occultum prodat, seu veritatem dicat quam nouit, tenetur ip̄e subditus parere, parendoq; peccatū alterius reuelare, quoniam iustis p̄ceptis superiorū tenētur subditi obedire, huiusmodi autem p̄ceptum rationi consonum esse videtur. Itidem si p̄latus per iuramentum subditum cogat ad ferendū testimonium super crimine alterius, tenetur subditus fidele testimonium ferre. Nam vt augustinus inquit, qui veritatem occultat, & qui ꝓdit

mendaciũ, vterq; reus est, ille quia ꝓdesse nõ vult, iste quia nocere desiderat, quod intelligẽdũ est quãdo per supiorẽ testimoniũ requiritᷓ secũdũ ordinẽ iuris. Adde quod pro iuris communis dispositione possunt subditi cogi ad p̃standum testimonium queadmodum patet titulo de testibus cogendis. Item si prelatus p̃cipiat vel moneat sub pœna excõicationis latę sententię vt omnes qui sciunt authorẽ talis furti siue dãni, habeãt ipsum reuelare teneãtur ij qui authorẽ ipsũ sciũt prodere, maxime si peccatum eius probabile sit, alioqui excõicationẽ incidunt, igitur subditi tenentur ad iussũ superioris pctã aliena improprie occulta prodere. Sed protin9 dices. Sunt quędã improprie occulta quę licite reuelari nequeunt, puta si quis duobus aut tribus suum cõmisit secretum. Similiter sunt quędã quę si ꝓderentur, fieret cõtra ordinẽ correctionis a xp̃o institutum. At cõtra hmõi ordinẽ non possũt prelati pręcipere vel monere. Porro sunt psonę nũnullę quę nõ tenẽtur testificari nisi velint. Alię nõ admittũtur etiã si velint, sed tales non potest prelatus astringere. Deniq; non est de necessitate salutis ꝙ inferior alienũ peccatum improprie occultũ denũciando testificando vel alias manifestãdo publice prodat, igitur p̃fata ꝓpõ inepte posita est. Respõsio, prefata propõ non ẽ vni

uersaliter in omni casu & negocio sed regula‐riter intelligenda, videlicet tenetur inferior veritatem alieni delicti improprie occulti ad iussum superioris prodere quando superior ipse in hoc habet sufficientem potestatem & persona inferioris est ad denunciandum seu testificandum idonea, & seruatur ordo siue forma iur.s & rationis, his enim cōcurrentibus tenetur subditus alienū peccatum reuelare. Nec obsunt ratiunculę prefatę. Imprimis de occultis nō est facienda reuelatio, etiā ad pręceptū superioris, quando sunt apta materia secreti. Alias secus. Similiter nō est p̄termittendus ordo fraternę correctionis propter p̄ceptum a superiore factum de reuelando peccato alterius in casu quo ordo ille seruandus est sed vbi seruatus est pōt prelatus exigere veritatem. Itidē personę quę testificari nō tenētur vt clerici in causa sanguinis. Itē personę priuilegiatę super testimonio non ferendo non possunt ad hoc impelli nisi in casu necessitatis, videlicet quando per alias personas non potest testimonium haberi, Tūc enim tenētur secūdum dictamen rationis non obstante priuilegio de nō testificando prefertim ad liberādū aliquē ab īfamia a morte vel alia pœna iniqua vel alio dāno iniusto. Erue, inquit sapiēs, eos qui ducūtur ad mortē, Insup p̄fata propō nō ītelligitur de p̄sōis q̄ a testiōio vł denūciatiōe repellūtur

sed de iis quę legitime testificari possuntdeniq; licet nō sit semper de necessitate salutis denunciare vel testificari,aut alias peccatum alienum etiam probabile prodere,tamen necessarium esse videtur supposita cōpetenti authoritate superioris,& idoneitate testis seu denunciantis,& ordine iuris.His enim consonnantibus necesse est alienū delictum reuelare. Sed iam ad finem operis properantes discutiamus quid potestatis habeant ecclesiæ prelati quo ad pœnas pro peccatis improprie occultis inferēdas, tam in foro interiori quam exteriori.

CAPITE. XXXIII. agitur de potestate ecclesię in pœne siue improprie occultis quo ad pœnas invtroque foro inferendas.



ANDEM igitur excutiamus de potestate ecclesiæ in pœne occultis quoad pœnas in vtroq; foro inferendas.Et quantum ad forum interiorem sit propositio huiusmodi.Potest prælatus in foro pœnitētiali suo subdito pœnam aliquam imponere,quā ipse subditus acceptare implereq; tenetur si rationabilis discretaq; fuerit considerata qualitate personę,& aliis quę cōsideranda sūt. Quod

enim ſubditus teneatur implere pœnã quam ſpõte ſuſcipit cuiq; ſeipſum ſubmiſit in foro interiori, citra controuerſiam eſt. Eamobrẽ non eſt opus in hoc ſiſtere, Sed difficultas eſt an p̃latus poſſit ligare ſubditum in foro pœnitẽtiali ad aliquam pœnam ferendam, ita quod ſubditus ipſe non poſſit ſine peccato eam refutare ſiue non acceptare quando rationabilis eſt & facile ſine vllo detrimẽto fieri põt. Videtur ſcotus in quarto ſententiarum ſentire ſubditũ in foro pœnitentię non teneri ad acceptandã vllam pœnam ſi non velit. Poteſt enim (vt ait ſe ſubmittere pręlato ſuo quantum ad commutationem pœnę eternę in temporalem, non autem tenetur quantum ad taxationem pœnę tẽporalis, ſed quãtum ad taxationem huiuſmodi poteſt velle ſe tantum deo in hoc ſeculo vel purgatorio ſubmittere cuius ẽ pœnam dignã inferre. Talis em̃ nõ videtur ſine abſolutione dimittendus, quippe qui non videatur mortaliter peccare ſic volendo. At hęc opinio plęriſq; videtur arbitraria. Eamobrem opinio aduerſa nobis potius arridet. Iuxta quam pręfatam propoſitionem poſuimus quę & auctoritate & rõne ꝓbari põt. authoritate quidẽ auguſtini de vera & falſa pœnitẽtia. xv. capite de pœnitente ſic dicentis, ponat ſe oĩno in ptãte iudicis, in iudicio ſacerdotis nihil ſibi reſeruãs ſui vt omnia eo iubente paratus ſit facere pro

recipienda animę vita quęcunq; faceret provi tanda corporis morte. Ecce quemadmodum pro augustini sententia debet pœnitens se oĩno in potestate sacerdotis ponere nihilq; sibi reseruare, sed paratus esse ad omnia faciēda quę iussa fuerint, quod intelligendũ est de ijs quę ad forũ pœnitentiæ spectant & discrete ac rõnabiliter imponuntur, hęc enim sunt acceptãda & implēda præsertim si facile & absq; vllo detrimēto fieri queant. Non igitur sane potest ipse pœnitēs omnem pœnã sibi impositam refutare, sed tenetur aliquã rationabilē suscipere præsertim quę non solum possibilis, sed etiã sibi facilis sit. Confirmatur ratione hmõi data ē prelatis ptãs in foro interiori nõ tãtum soluēdi a culpa, sed ligãdi quoq; ad pœnam. Igitur si ptãtem hmõi excerceãt pœnam aliquam discrete ac rõnabiliter imponēdo illi ipsi qui eã meruit & facile sine detrimēto implere potest tenetur acceptare implereq; fideliter. Alioqui non plus ptãtis in ligando haberent prelati q̃ viri probi cõsulentes in foro exteriori secreto possunt em̃ illi pœnã & taxare & imponere si voluerint acceptare qui cõsiliũ ab eis petētes se illis in hoc submiserũt. Cõsumaẽ iterũ q̃libet iudex põt suũ subditũ accusatũ cõfessum & cõuictũ de p̃cõ ad suũ forũ pertinente pnnire aliquanq; pœnã imponere, quã & subditus ferre tenetur si s̃cdm ordinē iuris imposita sit, Igi-

tur potest p̄latus suo subdito, qui seip̄m in foro pœnitentię de peccato accusauit, cōfessusq; est atq; seip̄m conuicit, in foro enim pœnitentię idem est reus accusator & testis, pœnā aliquā imponere, quā & subditus ipse ferre tenetur, modo rationabiliter ac discrete imposita fuerit, ergo subditus ip̄e siue sponte se submittat siue non, potest ad aliquā poenam in foro interiori ligari. Adde quod nec authoritate nec ratione sufficienti oppositū probari potest, deniq; ea quę opinionem aduersam iuuare videntur, facile dilui possunt. Imprimis nō obest qđ dicitur in oppositum, videlicet quod subditus potest se submittere confessori quātum ad cōmutationem pœnę ęternę in temporalē dumtaxat, nō aūt tenetur q̄tum ad taxationē ip̄ius pœnę tēporalis, quoniā hoc est aduersum p̄fatę authoritati augustini sed & quis p̄cor dedit talē poenitētibus ptātē vt vnū eligāt & alterū prorsus refutent? Adferatur loc9., in quo talis potestas cōtineatur & fides tribuet̃ adferēti si meretur. Sed dicit Scot9, qn̄ subdit9 se submittit primo nō secūdo, nō ꝑpterea cēsendus est inobediēs, tū quia se submittit arbitrio p̄lati in quo se necessario submittere debet, tū etiā quia secūdū nō includit̃ necessario in primo. Nā sacerdotes interdum pœnam imponunt modicā valdeque distantem ab illa pœna temporali quæ peccatis confessis debetur. Præsertim

de ꝙ desperationi exponendus non est. Respõsio, si absoluatur pœnitẽs anteq̃ ei satisfactio imponatur, vt faciunt nõnulli cõfessores, non est difficultas, an sit sine absolutione dimittendus quippe qui iã absolutus sit, sed difficultas est an absolutio hmõi sit valida pręsertim si propositum habeat nullam pœnã acceptãdi de quo & cõfessus non est. Videtur enim absolutio huiusmodi valida non esse, certe non est ei vsq; quaq; fidendũ. quandoquidẽ ille cõfitẽdo debuit de tali ꝓposito cõfiteri tanquam de mortali vel saltem vt de eo quod dubium est esse letale. Quod si secutus opinionẽ scoti putet nõ fuisse cõfitendum, & propterea absolutionem esse validam, si tandem pereat imputandum ei erit. Si vero satisfactio imponatur, antequã impendatur absolutio, vt passim fieri solet, difficultas est an pręlatus debeat ipsum absoluere quando nullã pœnam quãtũuis sibi possibilem ac facilem sustinere decreuit, videt̃ non esse absoluendus, qm̃ vel de foro pœnitẽtię vel purgatorio nõ recte sentire videtur, & opinio quoq; cui innititur nõ satis solida putatur. Admonẽdus igit̃ est vt suę saluti cõsulat, & aliq̃ pœnitẽtiã sibi gratã deligat quã sperat se impleturum, q̃d si facere nolit. non videtur absoluendus. Nec ꝓpterea desperationi ꝑ se exponitur. Pari enim modo dicetur de illo qui restituere nõ vult cũ possit, ꝙ absolui deberet

ne desperationi exponeretur. At uero si pœnitens diceret se nullã pœnã etiam facilem posse ferre ob infirmitatem, impotentiã vel aliã causam hmõi tunc nõ esset sine absolutione dimittendus sed diuinę misericordię cũ absolutione cõmittendus. In hoc enim casu nec ipse sacerdos ꝑperã ageret nullã pœnam imponendo. Hęc aũt quę dicta sunt de ptãte ligandi in foro interiori etiã locum habent in alijs generibus occultorũ. Itaq; potuisset in vnoquoq; eorum genere p̃fata ꝓpositio poni, sed vt tanta repetitio vitaretur, hactenus dilata est & i tribus p̃dictis generibus occultorũ de potestate pœnã imponendi tm̃ in foro interiori discussũ est. Sed ad forũ extrinsecũ transeamus alterãque propositionem subijciamus. Secũda ꝓpositio. Possunt p̃lati pctã improprie occulta iã cõmissa p cẽsuras eccl'iasticas punire. Si quis enim furtum probabile cõmisit, & ante ꝓbationem, quę forte factu difficilis est, querimoniã p̃lato auctoritatẽ habẽti aliquis detulerit, põt ipse prelatus p̃cipere vel monere saltẽ generaliter sub pœna excõicationis latę sentẽtię vt fur ipse quicũq; sit ille ablatũ restituat, Si em̃ hoc non fecerit sententiam excõmunicationis incidit. Tertia propositio. Possent prelati pro culpis futuris generales cõstitutiões facere cũ adiectione pœnę canonicę scilicet excõmunicationis suspensionis vel irregularitatis quą

quidem pœna transgressores improprie occulti ipso facto ipsoq; iure afficiuntur. Probatio est in promptu, qm̄ pro pctis proprie & partim occultis possent ipi p̄lati ꝯstitutiões hm̄oi facere vt superius dictũ est igitur & pro delictis improprie occultis, Adde ꝙ hm̄oi cõstitutiones pœnales in iure cõmuni reperiunt̄ quę citra dubiũ ligant nõ solum manifestos transgressores sed etiã occultos quorũ crimina ꝓbari queunt, Si igitur prelati qui precesserũt hoc facere potuerunt, dubiũ non est quin eorũ successores hoc etiam possint. Quarta propositio difficultas est an possint ecclesię prelati cõstitutiones seu prehibitiones sub pœna suspẽsionis vel excõmunicationis latę sententię facere super actibus ex se non malis sed indifferentibus quorum malitia cognosci non potest quia scilicet dumtaxat a mala intentione pẽdet, exẽpli causa an possint cõstituere seu pręcipere ne subditus aliquis intentiõe mala seu cã nocẽdi aliquem locũ adeat. Quidã putant ecclesiasticã ptãtẽ in talib⁹ nihil posse qđ & ꝓbare nitũtur hoc pacto. Nõ põt ecclesia opera illa quę tm̄ ꝑ relationẽ interiorẽ seu intẽtionẽ malam pctã existũt cognoscere peccata esse. Etenĩ cũ tota malitia eorũ ab intentione pendeat nõ potest de malicia eorũ cõstare nisi de relatione interiori seu intentione cõstet, At uero de malicia itẽtiõis seu relatiõis interioris nõ potest,

ecclesię constare, igitur nec de malicia talium operum ei cōstare potest,& per consequēs nec de ipis iudicare nec ea punire, probatur hmōi consecutio, quoniā non potest ecclesia de illis iudicare, quę non solum propter defectum cognoscentis, sed etiā ex natura sua non possunt ab hominibus cognosci. Per hanc enim rationem cōcluditur ecclesiā nihil authoritatis proprie habere in occultis cordis. Itidē opera huiusmodi nō sunt prohibita scdm suam substantiam, sed dūtaxat scdm relationem interiorē, hoc est ne fiant corrupta intentione. Atqui nō potest ecclesia hmōi relationem siue intentionē punire, igitur nec opera ipa punire potest. Porro non potest ecclesia punire symoniā mentalem cui opus exterius iunctum est, de quo iudicari non potest, puta aliquis principaliter seruit pontifici, vt ab eo beneficium consequatur. Si enim hoc potuisset, vtiq; hoc fecisset, cū fuerit tā ardens in puniendis symoniacis tantasq; in eos pœnas tulerit, igitur non potest ecclesia actus exteriores punire qui propter malam intentionem tantū mali existunt, deniq; ea facilitate diceretur ecclesiā posse prohibere sub pœna suspensionis vel excōicationis act9 ex se bonos & studiosos, vt deū orare, eleemosynam dare, & alia id genus, quoniā talia per malam intentionē seu relationē interiorē peccata etiā mortalia esse possunt. At consequens

est falsum igitur & antecedens. Alij vero p̃ser- tim canonistę dicunt ecclesiasticã potestatẽ ad talia opera extẽdi posse, qui pro se iura quędã habere vidẽtur. Enimuero de iudicijs. c. mulieres. lib. vj. Iudex ficte seu fraudulenter vadens ad examinãdas mulieres puta fingit testimoniũ alicuius mulieris (quã visitare cupit) in causa necessariũ esse & propterea curat vt nominetur in testem, ipso facto sententiam excõicationis ĩcurrit, Similiter de statu monachorũ. c. ne in agro in Clemẽtinis, Monachi canonicique regulares qui nullã administrationẽ habentes ad curias principũ se conferunt, vt suis p̃latis, vel monasterijs dãnũ aliquod inferant, excõicationis sententiã ip̃o facto incurrunt. etiam si nullum dãnum inferãt. Sufficit enim ad pœnã incurrendam accessus causa nocendi, vt ait ibi glo. Ex p̃fatis enim locis iuris canonici patet sententiã excõicationis latam esse pro actibus ex se indifferẽtibus qui mali fiunt ꝓpter malã intentionem seu relationẽ interiorem tantum. Ire enim ad recipiẽdum mulieris testimoniũ, & similiter ad curias principũ nõ est ex se malum sed bono maloq; aĩo fieri potest, igitur ecclesiastica potestas ad hmõi actus se extendere potest. Sed p̃fatę opiniones ad concordiam reduci possunt, vt. s. prima intelligatur de ꝓhibitione & punitiõe particulari. Altera vero de generali. Si enim opinio prima intelligat eccle

siam nec iudicare nec punire posse quépiã nominatim & peculiariter pro huiusmodi operibus vera est. Et nihilominꝰ altera opinio quæ dicit ecclesiam ꝓhibere punireq; ea posse prohibitione ac punitione generali, etiam veritati consentanea videtur vt ex iuribus supra citatis apparet. Superest igitur ad motiua primę opinionis respondere. Ad primũ dicitur ecclesiam nõ posse cognoscere opera hmõi peccata esse, loquédo de cognitione peculiari. At ipsa potest cognoscere & iudicare opera indifferentia esse mala si mala intentione fiant, & ꝓpterea potest q̃dam ex eis generaliter prohibere cum adiectione pœnę ne. s. mala intẽtione & causa fiant ꝑsertim q̃ grauia sunt & i detrimentum reipublicę, vel ꝓximorum cõmittuntur. Nec est simile de actibus interioribus, quę ad opus exterius nullo modo ꝓdeunt qñ quidem nec malicia, nec substãtia hmõi actuũ interiorũ a quoq̃ mortalium cognosci potest. Atuero opera exteriora ex sua natura possunt quo ad substantiã cognosci etiam particulariter, esto malicia eorum nõ possit ita cognosci, eamobrẽ potest ecclesia ꝓhibere ne talia opera exteriora colligantur siue iungantur cũ interioribus malis ꝑsertim quando alicui nocét, potest inquã ea punire si contra ꝓhibitionem eius iungãtur interiorībꝰ malis. Nec ꝓpterea sequitur ecclesiam punire proprie posse actus

pure interiores, Nullo enim modo poteſt, qñ ſuos limites nō exeunt. Et ſi in opus exterius prodeunt, non poſſunt directe puniri licet indi recte puniri queant ꝓpter cōiunctionem cum exterioribus, q̄quidem prohibita ſunt & mala non quidem abſolute ſed reſpectiue quia vide licet interioribus malis iungūtur. Ad aliud mo tiuum difficultas eſt an tales ſymoniaci pœnis iuris afficiuntur de qua poſtea dicetur. Impræ ſentiarum autem dicitur ſi nō puniātur pœnis canonicis hoc non eſt ob defectum poteſtatis, ſed quia noluit eccleſia propter multa pericu la quæ ſępe ſecuta fuiſſent. Ad aliud motiuum dicitur non eſſe ſimile de operibus ex ſe bonis & indifferentibus, quoniā opera ex genere bo na nō poteſt eccleſia prohibere cū adiectione pœnę. Non enim ea punire poteſt pœna cano nica etiam ſi mala fiāt per malam intentionē ſiue relationem interiorem, quoniā ſcd̄m ſuā ſubſtantiā bona ſunt & nec reipublice nec iuſti ciæ, nec proximis tunc nocent. Attamen in ca ſu prohiberi poſſunt, etiam ſi bona intentione fiant, puta quia detrimentum aliquod authori ſuo vel alijs per accidens inferunt, Deniq; pro hiberi etiam poſſunt cōformiter ad ius diuinū ne mala intētione fiant, ſed puniri ab eccleſia non poſſunt punitione canonica, quoniam nō ſunt apta eccleſiaſticę pœnę materia.

ligando habere quod tamen falsum est absolute loquendo vt loquuntur. Sed aliam propositionem subnectamus. Quinta propositio. Possunt p̄lati per constitutiones pœnales crimina improprie occulta siue delinquentes pœne occultos pœnis depositionis & priuationis bonorum ip̄o facto punire. Probatur hęc ꝓpositio quoniam in iure communi pœnę reperiuntur quibus ip̄o iure ipsoq; facto criminosi occulti afficiuntur. Enimuero qui fidelem aliquē per assassinos interfici fecerit vel mandauerit, sententiam depositionis a dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, ip̄o facto icurrit, ita ꝙ nulla alia depositionis aduersus eum sentētia requiritur, vt patet. c. pro humani de homicidio. libro sexto. Similiter bona hęreticorū ipso iure sunt confiscata vt constat eodem libro. c. cum scdm de hęreticis. Si igitur p̄lati ecclesię grauia crimina pœnis depositionis & priuationis bonorum affecerunt, possunt & p̄lati causa rationabili suggerente idem efficere, quippe q tantam in rebus huiusmodi authoritatem habeant. Sed dices contra p̄fatam probationem hęretici improprie occulti siue non manifesti non priuanť ipso iure vel ip̄o facto beneficijs alijsq; bonis suis. Tū primo quia possunt etiā licite suis bonis vti, igitur dominium in eis habent. Tum secundo quia possunt ea alienare, igitur ius habent in eis. Tū tertio quia ad nul

re nõ possunt nisi alias essent soluẽdo ꝓ dãno dato, vel nisi emptori reuelarẽt cõditionẽ rei ita esse. Ad tertiũ negatur assumptũ, imo ad filios vel agnotos catholicos deuoluũtur, si tñ crimen esset publicũ siue notoriũ ad fiscum regulariter pertinent a die cõmissi criminis, quãtum ad ius siue dñium attinet. Ad quartã ꝓbationem negatur antecedẽs, imo illi ad quos ipso iure deuoluũtur possunt ea licite occupare, & si aliter fieri non potest, manu armata sunt eis auferenda bona, intellige post declarationem criminis. Ecclesia eñi videtur gñalem authoritatẽ oĩbus dare hereticis ipos spoliandi, Tutius tñ est vt id fiat edicto siue licẽtia principis aut ecclesiæ, ne potius ex cupiditate vel vlcione q̃ zelo iusticię id factũ puteť. Ad quintam ꝓbationẽ. Respõdetur ꝙ nõ exigiť sentẽtia p quã bonis suis priuẽtur, qm̃ ad hoc satis est sententia iuris per quã bona eorũ sunt ipso facto cõfiscata, esto requirať sentẽtia declaratoria super cõmissione criminis añquã fiat cõfiscationis executio vel bonorũ iporũ occupatio, vt patet. c. ꝑfato cum scd̃m, de hereticis. Etem̃ añ sentẽtiã hmõi hñt hereticivsum siue administrationẽ suorũ bonorũ, esto dominiũ ꝑdiderit qñ crimẽ ipm admiserũt. Nõ ergo necessaria est sñia nisi declaratoria, Sed dices, Si lex vł statutũ habeat ꝙ nulla reqrať declaratio, etiã sup fc̃õ, tũc nõ ẽ op9 sñia declaratoria,


igitur sententia huiusmodi non semper exigi- tur. Confirmatur, quando factum est notoriũ non requiritur sententia declaratoria vt ait pã nor in.c. cũ non ab homine de iudicijs. Respõ sio, putant aliqui necessariã non esse sententiã declaratiuam super commisso crimine quãdo in cõstitutione additur ꝙ nulla requiratur de claratio & adferunt extrauagantem pauli se cundi quę incipit ambiciosę cupiditati p quam alienãtes ecclesiãstica bona, suis beneficijs ip so facto priuati existunt, quę & absq; declara- tione aliqua vacare censentur, & propterea a- lijs personis idoneis conferri possunt. Sed hęc opinio basĩ nõ satis solide innitit, vt pote quę putat constitutionem pœnalem sane fieri pos- se quę non solum priuet bonis ipso facto, sed etiã ꝙ nulla requiratur declaratio sup crimi- ne commisso. Talis enim cõstitutio si fieret nõ esset rationi consentanea. Non enim equũ ẽ vt aliquis antequã audiatur, bonis suis actualiter priuetur hoc enim si permitteretur, via fraudi bus aperitur, & turbationes in republica sępe excitarentur. Crimina enim facilius imponerẽ tur innocentibus si eis non auditis bona eorũ capi libere possent. Ad paulinam facile est res pondere. Imprimis vires nõ habet quippe quę nec recepta nec moribus vtentium approba- ta est sicuti ego a viris peritis audiui. Et nihi lominus si recepta sit alicubi, non propterea

conficitur sentētiam declaratiuam vel aliquid loco eius non requiri, quoniā illa particula absque declaratione aliqua, sane intelligenda est videlicet absq; declaratione solemni quę in alijs requiritur, dictum autem pęnormitani qđ in capitulo allegato ponitur passim non tenet. Potest tamen admitti quod ipse. c. vltimo de confessis ait, vȝ quando crimē est notorium. potest procedi ad executionē pœnę siue alia sententia, vel saltem non requiritur sententia cum solemnitate debita in alijs sententijs. Sed de his hactenus. Sexta propositio, non possunt prælati siue iudices per statuta vel cōstitutiones pœnales pro criminibꝰ improprie occultis quandiu sic occulta sunt, pœnas corporales vł temporales pręsertim graues realiter inferre. Probatur hęc propositio quoniam pœnę non possunt licite inferri quoad effectum siue executionem non seruato iuris ordine, sed in occultis quandiu occulta sunt, nihil loci habet forma iuris quę certe sufficiat ad pœnas huiusmodi realiter inferendas. Et si dicas reos ipsos posse astringi ad pœnas huiusmodi sibimet infligendas quoniā & nonnulli religiosi ꝑ statuta sua tenentur ꝓ delictis occl'tis seipsos pœnis corpalibꝰ afficere. Hoc nihil obest, tū quia religiosi sponte talibꝰ statutis se subdiderūt, tū quia pœnę ille graues non sūt. Adde ꝙ inhūanū foret si qs vellet aliquē astrīgere ad pœnas

çorporis graues sibiipsi infligendas, puta ad se perimendum vel mutilandum, vel grauissimis verberibus se laniãdum, vel etiam ad exequendam aduersum se bonorum omnium cõfiscationẽ. Et quamq̃ possunt pœnę spirituales vt excommunicationis, suspẽsionis depositionis & priuationis bonorum quo ad ius siue titulum pro delictis pœne occultis inferri, nõ tamen consequens est pœnas corporales vel tẽporales realiter inferri posse, quoniam pœnę illę actum hominis nõ requirunt sed executionem secum trahunt. Iste vero factum hominis exigunt. A tuero delinquens ipse non potest inuitus astringi ad executionem huiusmodi pœnarũ aduersus seipsum quia hoc inhumanum esset. Nec alius quoq; licite hoc facere potest, quoniam iuris ordine minime obseruato nõ debent cuiquam a quoquam huiusmodi pœnę inferri. Sed dices imo criminosus morte vel supplicio dignus potest per iustitiam cogi ad pœnam mortis vel mutilationis sibi inferendam. Responsio; Potest quidem cogi ad mortẽ vel mutilationem ferendam si sibi iuste inferatur sed cogi non potest vt eam sibiipsi inferat vel faciat quicquam per quod directe mors sequeretur. Item si illud admitteretur in notorijs nõ propterea sequitur hoc fieri posse in occultis cuiuscunq; sint generis. Sed iterum dices. Ille q per cõstitutionem pœnalem est bonis omnibus

quo ad dominiũ siue titulũ ipo facto priuatus cogi potest vt bona illa in quibus nullum ius habet realiter dimittat. Etenim p̄latus cognoscens ipsum esse iure seu diuino priuatum propter crimen. quod scit esse ꝓbabile, potest sub poena excommunicationis latę sententię pręcipe vt bonis ipsis cedat. Responsio non tenetur tali sententię obedire vt pote quę lata est pręter ordinem iuris. Et quanq̃ sponte vsum ipsorum bonorum posset destituere si absq; scādalo & defamatione fieri valeret, ad hoc tamē astringi non potest inuitus, etiam si suo labore siue industria vel donis alienis vitam sustantare queat. Non enim bona ipsa deserere tenētur quousq; sibi iure auferantur quodquidem effici non potest pro criminibus occultis quandiu occulta sũt. Sed hactenꝰ de potestāte ecclesię ligatiua in occultis dixisse sufficiat, Finē igitur difficili ac latebroso negocio imponentes lectorem monemus ac flagitamus vt ęqui bónique cōsulat, & si forsan alicubi nos erasse certo perceperit, nec admodũ miretur nec durus nimium existat quandoquidem difficilimũ est in huiusmodi negocijs alicubi non aberrare.

FINIS.



Index Cap.

foro exteriori, et secreto peccati ipse occultum, quod est i confessione, nec sub secreto commissum est. 90.
17. Probat, ecclesiam [illegible] astringere peccatorem occulti ad crimina ipse occulta, que ab eo comissa sunt i foro exteriori, et publico, seu gloriose; et obiectio prima ab exemplis sacrae paginae supra dissoluit. 100.
18. Soluit altera obiectio ex quadam suis, sive authoritatibus sacrae scripturae desumpta, que contendit probare ecclesiam posse delinquentem cogere ad sua crimina ipse occulta i foro publico reuelanda. 104
19. Dissoluit 3ª obiectio quod reuelationem criminum ipse occultorum i foro publico. it 4ª dilluit obiectio, scilicet quod per uiam iuramenti hoc fieri possit. 108.
20. Deinde soluit obiectiones scilicet 5ª 6ª et 7ª quae contendunt criminosum compelli posse ad crimine suum ipse occultum i foro publico reuelandum, scilicet 5ª per modum accusationis, 6ª per modum denunciationis, 7ª per uiam inquisitionis. 115.
21. 8ª et 9ª obiectiones diluit, quae ad idem tendunt cum praefatis obiectionibus, et i 8ª agit de religiosis, et i 9ª de promotis ad sacros ordines, et promouendis. 128.
22. 10ª dissoluit obiectio, quae uult criminosum per uiam excommunicationis posse compelli ad peccati sui ipse occulti par-

ti occulta punit i foro exteriori. ——— 200.

31. Incipit agi de 4.° gne occultorum, q. sunt poenae, siue ipsa occulta uocat; et ut res melius capiatur qda. plibat. ——— 204.

32. Declarat p. ppos. qd. ptatis laicae subiciunt in poeni, siue ipse occultis qd. suspendere spatis ... qd. ... occultorum i utroque foro. ——— 209.

33. Agit de ptate ecclie i poenis, siue ipsa occultis, qd. poenas i utroq foro i[illegible] ——— 218.

